Mozot Giedyński
w Roku 1818. la-
tem

Constitutiones Cn. Traiani Decii

Aemilio et Aquilino Coss. Anno 250. Spangenberg ad l. cit. malit 249.
l. 2. de Hereditariis actionibus IV. 16. Telemacho

Decio A. et Grato Coss. 251. (250)

Decio A. et Grato Coss. (250.) l. 4. de Jure deliberandi. (6. 30.) Athenaidi.
iidem eod. l. 3. Donationibus. VIII. 54. Marcellino.
iidem eod. l. 3. Adquir et Retin. Poss. VII. 32. Rufino (alii Rufo) cf. l. 12. C. VI. 42. et l. 8. C. VIII. 43.
iid. eod. l. 9. De Jure Dot. V. 12. Urbicae.
Decio Aug. II. et Grato Coss. l. 2. Ubi causa status agi debeat III. 22. Felici.
Decio Aug et Grato Coss. l. 3. De Legitimis heredib. VI. 58. (57) Asclepiodotae. cf. l. 2. C. V. 46. cf. l. 2. C. VI. 26.

Fontes

I. Vita

Herodianus. Scriptores historiae Augustae. Zosimus.
Tillemont Histoire des Empires.
Muratori Annali d'Italia.
Aurelius Victor.
Ge. Laur. Hausfriz, de Caesare designat. successor. imperii Antiq. (Norimb. 1737. 4.)
Sam. Basnag. Annal. polit. eccles.
Ger. J. Voss. de historic. Latin.
Tristan Commentaires historiques
Gruterus et Thom. Reinesius Syntagm. Inscript.
Marq. Gudius Antiq. Inscript. Raph. Fabretti
Inscr. Car. Patinus Imper. Rom. Numism. J. Fog.
Vaillant Numism Imper. Rom. Fr. Mediobarb. Imp. Rom. Numism.
Reland Fast. Consul.
Henr. Noris Dissert. Chronolog. de votis decennal.
Zonaras.
Ammianus. Historia ejus a Constant. incipit, priores perierunt.
Eutropius.
Sextus Rufus. (seu Rufus Festus.)
Orosius.
Theophanes, Cedrenus, Syncellus, Glycas, Manasses. (parvi momenti)
Chronicon Eusebii at Hieronymio Latine redditum. et Chronicon incogniti Autoris, cui Nomen Alexandrini inditum.
Orationes Mamertini et Eumenii.
Lactantius de mortib. persecutor.

Caroli Sigonii historiarum de occidentali Imperio libri XX. cura Januarii Salinas, Mediolani in Off. ~~Ti~~ 1732.

~~Crevier~~, Histoires des Empereurs ~~Romains depuis Auguste~~ jusqu'a ~~Constantin, à Paris~~. 1756. 8.

~~Die neue~~ Weltgistorie die in England durch eine Gesellschaft v. Gelehrten ist ausgefertigt worden. übersetzt v. Baumgarten. Halle 1753.

Allg. Weltgesch. v. Guthrie et Gray. übersetzt v. Heyne 1767. Leipzig.

Gibbon ~~History~~ of the decline and fall primum volumen vertit Wenck, reliquos Schreiter.

Andr. Blaskowich de Blaskowez historia universalis Illyrici ab ultima gentis et nominis memoria. Zagabriae 1794. f. bloss die I. Lon Diss. 1. II. erschienen.

Zosimus lib I. 21. 22.

Tillemont Hist. T. III. p. II. p. 607./97.

Pagi Crit Bar. ad a. chr. 250.

Pomponius Laetus in Compendio Romanae Hist. ab Interitu Gordiani Junioris usque ad ~~Augustum~~ Justinum III.

Carolus Patinus in Numismat. ~~Trajani Decii~~ Imper. Rom. ~~Augustiniani~~.

~~Henr. Cardinal.~~ Noris dissertatio de [votis decennalib. Imperator.] epochis Syromacedonum. Florentiae anno 1689. oder die neuste Ausgabe.

† Goltzii Thesaurus Rei antiquariae, Antverpiae 1618.

† Adolphi Occonis numismata: Augustae Vindel. 1601. (im 14. Appr.)

Onuphrii Panvini fasti Consul. Heidelbergae 1588.

Gruteri Inscriptiones Romanae, inscript I. Anno 1616.

~~Lactantius (de morte~~ persecutor. apud Baluzium Miscellaneor. Tomo 2. Paris 1679.

~~Jenys~~ Bollandus, seu ejus continuatores ad diem februarii 13. et sic de ceteris.
Francisci Mediobarbi Biragi numismata: Mediolani an. 1683.
~~Pauli Orosii~~ historia lib. VII. etc. Tomo 15. Bibliotheca Patr. Parisiis 1644.
† ~~Eusebii Caesariensis historia ecclesiast. lib. 2. etc. ed. Valesii Lutetiae 1659.~~
ejusd. Chronicon. ed. Lugduni Batavor. 1658. et Scaligeri in hoc
Chronicon notae. ~~Item notae Arnoldi Pontaci in Eusebii Chronicon.~~
~~Burdegalae 1604.~~ Idem Henrici Valesii notae in historiam Eusebi.
Parisiis 1659.

† Hieronymi Chronicon Anno Christi 21. ex recensione Scaligeri Amstelod.
1658.
Bucherii de cyclo Victorii et aliis cyclis paschalib. Antv. 1633.
~~Jacobi Sponii Miscellanea antiquit. erud. Lugd. 1685.~~
~~Annales Cyprianici, qui Cypriani opera antecedunt in edit. Oxon. 1682.~~
†10. aug Surius ad 1. diem Novembris artic 4. Coloniae 1618.
Antonii Pagi Franciscani dissertatio de Imperator. Consulatu Lugd. 1682.
Georgii Syncelli chronographia Paris 1652.
Idatiani fasti integri apud Labbeum bibl. nova T. 1. Paris 1657.
Petavii de doctrina tempor. Paris 1627.
~~Nicolai~~ ~~Toinardi notae in Lactant. librum de persecutor. mortib. Pari-~~
~~siis~~ 1690.
~~Jornandes de Reb. Goth.~~
~~Constantini oratio ad Sanctorum coetum, quae Eusebii historiae subjici-~~
~~tur~~
Hieronymus in Zachariam
Cyprianus ad Demetrium ex edit. Pamelii Paris 1603.
idem De lapsis epistola (in epistolis)
~~Chronicon Alexandrinum~~
Petri Seguini Selecta numism. Lutetiae 1684.

Spanhemii de praestant. numism.
Orselutana numismata Croii Ducis tabula 63. Antverp. 1604. f.
Chrysostomi liber de S. Babyla contra gentiles, in Tomo I. Operum. (p. 666.)
Philostorgi historia ecclesiastica, cum Theodoreto. ed. Henr. Valesii l. 7. c. 8.
Suid lex. ed Geneva 1619. p 524. 525.
Gregorii Abulfaraji historia orientalis a Pocockio ex arabico latine reddita Oxoniae 1672. p 80.
Censorinus de die Natali.

Auisso Neratio Prisco sispsit, etiam si ita contractum sit, ut antecedens dimitteretur, non aliter in jus pignoris succedet, nisi convenerit, ut sibi eadem res esset obligata: neque enim in jus primi succedere debet, qui ipse nihil convenerit de pignore: quo casu emptoris causa melior efficietur.

l. 3. D. Quae res pign.

Creditor. jus pignoris probare debet. l. 10. C. de Pign. act. l. 1. C. si pign. conv.

Rem oppignera, pro qua semisses usuras accipiebam, una cum his usuris res oppignorata est. Quid si postea uncianas acciperem, an et hae oppignoratae erunt. Minime. l. 4. C. de Usuris.

An sola traditione jus in re efficitur? Minime, pignus enim tradi haud necesse est, et tamen jus in re consistet. l. 4. l. 23. §. 1. De Pign. l. 1. pr. Pign. act.

Laesio enormis in locat. cond. nulla est l. 22. §. 3. l. 23. h. t. (Locati) ad emptorem
Itali non debet Novella Romani senioris cap. 3.
Nullum pignus est, cuius nulla est persecutio. l. 27. D. Noxali act.

cessio in pignore necessaria. Scaevola l. 19. D. Qui pot. cf. l. 2. C. de fideiuss. et Mandator.

Soluto debito, creditor jus retentionis habet l. 1. D. quib. mod. pign. v. h. l.

hypothecis, vel pignoribus a creditoribus venundatis, in id, quod deest, adversus reum, vel fideiussorem eius actio competit.

l. 3. C. distr. pign. (VIII. 28.) Alexander.

Paciscii quoque creditor potest, ne debitor alteri eam rem oppigneraret l. 7. §. ult. D. de Distr. Pign. nec obest l. penult. D. de Pactis, hanc enim legem interpretatam est Justin. l. ult. C. de Pact. inter Empt. et vendit.

Mora ex bonae f. judiciis l. 26. §. 1. D. fid. libert.

Quod emptionem venditionemque recipit, etiam pignorationem recipere potest.

Gaius l. 9. §. 1. D. Pign.

In titulo II. nulla mentio rescindendae vendit. occurrit, quia lex Diocletiana novum jus introduxit.

Nunquam nuda traditio transfert dominium: sed ita, si venditio, aut aliqua justa causa praecesserit, propter quam traditio sequeretur.


Paulus l. 31. D. Adq. R. D. cf. l. 50. D. Rei Vind. l. 25. §. 1. D. Contr. empt. ubi Revardus Var. IV. 19. corrigit, "qui vendidit necesse habet etc." l. 80. §. 3. D. Empt. vend. Nemo potest videri eam rem vendidisse, de cujus dominio id agitur, ne ad emptorem transeat: sed hoc, aut locatio est, aut aliud genus contractus. l. 11. §. 2. D. Act Empt. vend

251 − 60 = 191

251 − 50 = 201

1004 − 50 = 954

1004 − 60 = 944



Comegiekes de nutater Berlime nomi. L. B. 1774.



Jan 25

W. A. Mauiesor
Ben

5

ad l. 4. C. de Jure delib. l. 5. §. 7. D. Agnosc. et al. (25. 3.)
a parente – quasi debitum nobis hered. obveniat l. 10. D. Probat. (17. 2.)
ad l. 34. pr. D. A. v. A. P. l. 9. §. 1. D. Empt. Vend.
Nomina eorum qui sub condicione vel in diem debent – l. 17. D.
Empt. Vend.

6

Theses

I. fiducia a nexu derivari non potest. Savigny T. f. 22.

II. pignoris praetorii et judicialis nulla mentio occurrit cum alterum solum existat, alterum vero nullum est. f. 27. Thibaut in T. contra.

III. Errant qui servitutes nisi trad. constitui posse putant. Sav. Obl. R. §. 1.

IV. Computatio usurarum ex mora ~~facilius ex~~ verior ex mente ~~L~~ Leibnitii ~~potius~~ quam ~~Hoffmanni~~ est, licet Schraderus Civilist. Abh. Nro 2. contradicat.

V. Errant qui ex c. 1. 3. X. de pactis probare volunt, jure Canonico nudo pacto contrahi res potuisse, nam ibi de his solum mentio quo modo res pacto nudo contracta ad praestandum, adigi debeat.

VI. Falsa opinio Ill. Thibaut est, qui (in T) putat, in vendit., dominium rei tradi debere. (Sav. Obl. §. 145.) cf. Sav. Obl. 377.

Solut et lib.
Quae in fraud. Cred.
Rep. aut. jud. possid.

ad l. 2. C. Rescind. Vend. Thibaut. § 152. Th. I.

…däus ed. Ernesti. Tomus 4.

T. 4

Apr 27

C. v. Jagow – Berliner Straße
6. Wartmann.
Benecke

Goveani Lectiones. Opera

fol

May 25

W. A. Maciejowa
et Benet

£

2)

— nec in ea re consensus ~~servi~~ aut opera servi opus est:
atqui in bonorum possess. vel in adeunda heredita-
te consensus ejus necessarius est:

Maecianus l. 65. pr. D. ad S.C. Trebell.
ad l. 6. C. de B. Poss. cf. l. 65. §. 3. D. S.C. Trebell.
in corpus consensum est. l. 1. §. 2. D. Pign. act.
quasi receptum a debitore l. 3. D. ibid.
potestatis verbum ad omnem sexum, item ad omnes qui sunt
alieno juri subiecti, porrigendum est. Ulp. l. 1. §. 4. D. Lib. act.
quilibet magistr. jurisdictionem magistratui pro convenientem
habebat. l. 8. D. Quod cum eo qui
si ei donavit simpliciter, alienationem eorum filium non habuisse.
l. 9. §. 1. D. S.Ct. Maced.
civitas. l. 15. D. S.Ct. Maced.

cui restitui debeat, filio an marito? l. 26. D. depositi.

Etsi tamen a Claudii tempore ad Justinianum usque hac fere
abstinuerint, quae supra diximus, tamen interdum Rationalibus
jurisdictio adempta fuisse videtur; nam rescripto Valentiniani et
Valentis Imperatorum cavetur l. 6. C. Theod. Jurisd. (II. 1.), ut causae
fiscales apud provinciae Praesidem agitentur, tantumque praesen-
tiam, defensionemque Rationales semper teneantur. Quod diu non
obtinuit, quum ex rescripto Valentiniani filii [l. 4. C. Th. de fin. (2. 9.)
l. 41. C. de appellat.] jam pridem restitutam fuisse Rationalibus juris-
dictionem. Cannegiet. f. 424.

tua volunt. rata mea facta est. l. 16. §. 1. D. Praescr. verbis.

fiscus rei publ!!! l. 1. §. 3. 4. D. adit. edict.

Causa ingenuit. et libertin. l. 14. D. Probat.

W. A. Maciowski
et
Benecke

o Gentilis de bonis maternis.

Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini l. 4. D. Reg. Jur. Ulpian.
Ji negot. contrah. alia causa habita est successor.
De Rescind. vend. l. 2. C. ad emptor. non porrigen-
da Cujac. Obs. XVI. 10.
Procuratore Caesaris ad debitum fiscale interrogante — — respondit, ab his, qui in iure non interroga-
rent, ex responso suo conveniri non posse.
l. 22. D. Interrog. (XI. 1.)
quasi de patrimonii sui, de sollitus funerari.
Ulpian l. 6. D. Relig.
Numeravi tibi decem, et haec alii stipulatus sum: nulla est stipulatio: an condicere — —
l. 9. §. 4. D. Reb. Cred.
si nummos meos tuo nomine dedero ibid §. 8.
Deposui apud te decem ibid §. 9.
Quod si ab initio cum deponerem, uti tibi, si voles, permisero, creditam non esse, antequam mota sit: quoniam debitum iri non est certum.
Ulpian l. 10. D. Reb. Cred.
Si a furioso cum eum compotem mentis — l. 12. D. ibid.
toties condictio datur, quoties ex ea causa numerati sunt, ex qua actio esse potuisset, si dominium ad accipientem transisset. Ulp l. 14. ibid
ad l. 10. D. Reb. Cred. cf. l. 20. D. eod. (Reb. Cred.) l. 32.
D. eod l. 7. D. Condict. causa data Savigny R. R. L. § 226.
noluit enim adquirere heredi l. 6. pr. D. quod in fraud.

Priusquam de legibus C. M. Q. Trajani Decii
agam, operae pretium facturus esse videor, si de
vita et moribus ejus pauca disseram. Id enim
et natura scriptionis nostrae postulare videtur, cum facta
clari cujusvis viri, nisi vitam ejus exponas
illustrari et enucleari nequeant; et ipse
ordo rerum, cum necesse sit, ut priusquam
res ab illo gestas recenseas, in vitam et
quasi familiaritatem ejus te insinuas. Nec
id satis est; sed, ut quaevis res nisi in
primordia ejus diligenter inquiras recte
intelligi non possit, ita et vitam Impe-
ratoris nostri priusquam describendam
aggrediar de statu fortunaque Imperii
Romani rebusque Caesarum qui illum ante-
cessere nonnulla praemittenda sunt. Neque
tamen ita res tractari debet, ut omnia
in immensum extrahas atque dispergas,
sed sufficit id solum in praesentia breve
pro virium tuarum modo ponere, quae
ad rectam cognitionem rei necessaria esse
videantur.

F ~~tibi omnia in memoriam revocent~~

Me itaque de C. Trajano Decio scribentem admonere lectores decet, ut omnia quae~~cunque~~ historici de rebus ab Alexandro ~~Septimio~~ Severo ~~imperatore~~ gestis ~~memoriae~~ prodidere, in memoriam sibi revocent ~~in memoriam sibi revocent~~; cujus vita id commune cum rebus a Decio gestis habet, quod ambo periculosissimis Rei publicae temporibus ad sustentandas labantis Imperii Romani partes venerint, et in moderandis~~que~~ illis ita se gesserint, ut de primo senatus putaret eum ~~illum~~ vel mori vel nasci non debuisse, cum et utilissimus rei publicae ~~esset~~ gubernandae esset, et ita vere severus, ut nutu omnia moderaretur; de nostro Imperatore vero sentiret, si cum disciplina rei publicae praeesse fata siverint, atque at ~~A.~~ Sept. Severus omnia, quae perversis moribus antecessorum suorum pessum data erant in meliorem statum restitutum fecerint. Id enim ~~Idem~~ ~~id~~ singulare et admirandum ~~fere~~ in re publica Romana esse puto, (sive id fata vellent sive ita res compositae erant) quod saepe iam ad ultimam perniciem Imperio vergente viri clarissimi extiterint, qui rem publicam, magis tuendi sua

labantem
pravisque moribus corruptam in antiquum statum aut reduxerint, aut reducere conati sint. Ita imperium iam fere lapsum Vespasianus et qui illum secuti sunt imperatores in meliorem statum ~~reduxerunt~~ revocaverunt. Ita ~~Alexander~~ Septim Severus bonis artibus quod corruptum et pravum in re publica esse videbatur, aut ~~e~~ medio sustulit, aut ita composuit, ut nihil detrimenti res publica inde capere posset. Quod optime ab illo institutum si imperatores qui illum secuti sunt tueri et observare vellent, fieri posset puto, ut Imperium tot saeculis stabilitum serius quam accidit everteretur. Sed longe aliter factum est. Nam per Antoninum Caracallam res publica corrupta (etsi plurimi iidemque consultissimi viri essent, qui, modo consilia eorum sequi vellet, illum imperiumque Romanum adjuvarent) corruptiorque per M. Opilium Macrinum et Elagabalum, ab Alexandro Severo, moli tantae ~~imperii~~ moderandae imperii sanari non potuit. Postthaec ad Maximinum Thracem, et ab hoc ad Gordianos ~~num pa~~ ~~trem et filium~~ imperium devolutum

est. Jam iamque res publica Romana
recreari coepit, et antiquus rerum sta-
tus in justum ordinem redire posse pu-
tabatur, cum ecce per insidias Philippi
Arabis Gordiano [tertio] e vivis sublato, in pri-
stinum statum, calamitatis et miseriae
~~fuisse, ut homines tradunt~~
~~plenum (devolutum imperium est~~ (Quas
miserias cum decem Aegyptiacis plagis Oro-
sius comparat VII. 27.) Nam cum Gordia-
nus consiliis saluberrimis [prudentissimisque et] soceri sui Ti-
mesicli (vel ut Jul. Capitol. in Gord. III. Mi-
sithei ‡ Zonaras XII. 18.) praefecti praetorio
adjuvaretur, illoque per fraudes (Capitol.
Gord. III. 28.) sublato, Philippum humilli-
mo loco ortum nobilis latronum ducto-
ris filium, e Bostris (Amian. Marcell. XIV. 8. ‡
Strabo XVI.) natum, ad obeundum hoc mu-
nus elegisset, accidit, ut per dolum atque
insidias [calumniis hominis] ~~ab illo~~ sibi structas periret (Ca-
pitol. Gord. III. 29.) Cum enim Gordianus
contra Persas exercitum duxisset, et in
castris militem teneret, Philippus im-
perandi cupidus naves frumentarias
avertebat, in eaque loca postea milites
reduxit, in quibus annona haberi non
posset, (Zosimus I. 23. Capitol. III. 29.) Spe-
rans inde fore, ut exercitus fame ve-
xatus, contra imperatorem rebellaret.
Nec spes hominem versutum fefellit.

~~‡ Gordiani vita, Zonaras, Victor. Epitome 28.~~

‡ ed. Bipont. Cedrenus p. 204. (Hist. Byz.) Zonaras XII. 19. p. 472. (Hist. Byz.) Victor Epitome 28.

Nam milites culpa imperatoris fame se perire putantes, Gordianum sex annis rem Romanam moderantem summo imperio exuere, viamque Philippo ad imperium occupandum aperire. (Capitol. l.c.)†

Omnium primum Philippo vix ac imperio potitus est, cordi fuit, ut subsidia dominationis sibi pararet. Quapropter filium suum Philippum primo Caesarem, mox Tribuniciae potestatis consortem, postea vero Augustum fecit (Pagius ad. a. Chr. 247. Zonaras XII. 19. Zosimus p. 39. ed. Reitemeier). Compositis que ita domesticis rebus ut ab externis bellis tutum se redderet, cum Sapor rege Persarum † ~~foedus~~ ignobile icit. (Zonaras l.c.) Christianis ~~favisse dicitur~~ quorum multitudo magna tunc in orbe Romano erat, favisse dicitur. (Quod Syncellus ~~[illegible]~~ ill. Schulman de pactis non inveniss. Diss. refutavit Lips. 1779.) Attamen non id fata volere, ut imperio male parto, summaque potentia fraude sibi comparata, diu gauderet (Amian. Marcell. de Gordiano occiso † Nec erravere diu manes ejus inulti: quod velut clarente justitia, omnes qui in eum conspiravere, cruciatibus interiere suppliciis). Dissidia enim magna † exorta sunt, cum populi imperio Romano sub-

---

Syncellus † p. 219. (Hist. Byz.) Mira sunt quae Syncellus de hac re l.c. narrat: ἔφασαν καὶ αὐτοὶ βίβλον ἐξ οὐρανοῦ μυθεύοντες πεπτωκέναι, ἧς ὁ (Philippus) ἀληθῶς ἄφεσιν ἁμαρτημάτων, ἄλλων, παρ' ὧν ὁ Κύριος ἡμῶν ἐχαρίσατο ἡμῖν τερατευόμενοι.

† Hoc Philippi scelus in Gordianum commissum, neque scriptores historiae Ecclesiast. Euseb. Hist. VI. 34. silent; putabat tamen, indulgentiam peccatorum a deo accepisse, quod religione ductus sua sponte pro peccatis poenituit. ‡ cf. Georg. Syncellus ~~ed. Paris. 1652. p. 362.~~ ~~[illegible]~~ fictum esse puto ~~[illegible]~~ a nonnullis ~~Eccles. scriptoribus~~ ~~inter~~ Sanctos poneretur v. Polii de natalibus catalog. Sanctorum col. 4. Lugd. 1543. cf. Tillemont de hoc ~~opere~~ III. p. 275. (ed. l.c.) ‡ idem Zonaras XII. 19. p. 471. (Hist. Byz.)

† Syncellus p. 219. (Hist. Byz.)

† XXIII. 5. J. Capitolin. in Gord. III. 33.

† in universo orbe terrarum, qui sub jugo ~~jugo~~ tyrannidi Romanae ~~oppresso~~ gemebant

dici, regiones illas, quae versus orientem adjacebant colentes, multis malis pressi, immanes a tributis se reddere cuperent. Hinc ad res novas moliendas paratis animis, Jotapianus (Παπιανόν nonnulli codd. habent, sed lectio haec falsa est. cf. Reitemeier et Heyne ad Zosimum lib. 1. p 29. (77. ed. L.) et Marinus, hic in Mysia ille in Oriente exercitui collocato praefectus, arma contra Philippum movent, illumque imperio expellere conantur. (Mira hac de re etc.) ‡ Hoc infortunio Philippo perculso, eo magis, quod contra Gothos ob intermissa stipendia imperium Romanum vastantes (Jornandes Reb. Goth. cap. 16.) expeditionem ~~parabat~~ pararet, senatuque metu perterrito, Decius unus Patrum (Jornandes ~~bell~~ Reb. Goth. 16.), ~~cunctis~~ tacentibus, silentium rupit, † nihilque esse quod Philippus de Marino timeret dixit, quippe fore aiebat, ut Marinus pro indigno imperatoria dignitate cognitus, a militibus ~~ipsis~~ his fautoribus interficeretur. † Quod cum Philippus audivit, Decium, cujus ingenium admiratus est (Zonaras XII. 19.) hortatur, ut in Mysiam proficisceretur, militesque seditiosos cum ipso duce puniret. Quod modeste Decius abnuebat, legationem hanc neque sibi neque Philippo profuturam ratus (Zosimus p 30. ed. L.) ‡ sed illo

‡ id optime describit Gibbon l. c. chap. 10. p 243. ed. London 1776. in 4to quod dubitat ~~contrariam~~ opinionem ~~tuetur~~ Crevier Histoire des Empereurs Tome X. p 274. Paris 1754. ~~absurda tamen profert.~~

~~† Guthrie et Gray Hist. XIV. 3. praesidem Mysiae fuisse narrat, neque unde id sciat addit.~~

~~‡ Gibbon l. c. pag. cit.~~

~~† de his dubitat Crevier Histoire des Empereurs Tome X. p 274. Paris 1754. [illegible] [illegible] de subito gradu intelligit p 275.~~

‡ Gibbon l. c. optime de hac re disserit. l. c. pag. cit.

Decium ~~Zosimus l.c.~~ a Philippo δεσσάσας πειθανάγκῃ ~~coactum~~ ad proficiscendum contra Marinum coactum fuisse, Zosimus l.c. narrat, quod ~~ita~~ de ~~stricto~~ gladio Reitemier (ad Zosim. l.c.) intelligit † ~~ipse falso~~. πείθειν enim et ἀναγκάζειν, significationem ~~persuasionis~~ ~~—~~ minarum cum persuasione in se continent nec de ~~stricto~~ gladio intelligi queat. v. scriptores quos Schneiderus in Glossario h.v. citavit. l.l.c.

† quem ~~plures~~ alii sequuntur; sed falsa ejus opinio est.

† id quoque Crevier p. 276. l.c.

majis majisque urgente Decius cunctatus non est, iterque suscipit (Zosimus l.c. Zonaras XII.19.) Accidit tamen quod praeviderat; nam vix atque ad exercitum venisset, strictis gladiis milites illum ad suscipiendum imperium coegisse, Zosimus (l.c.) tradit. Decius, sive dolum Philippo machinatus (Zonaras XII.19. Zosimus p. 20)† sive id facinus coram Philippo purgare cupiens, literas Romam mittit, Philippumque de his quae acciderant, certiorem facit, simulque bono animo esse jubet, promittitque, se vix atque Romam venerit imperium depositurum. Quod cum Philippus minime adprobaret, arma contra Decium seditiososque milites movet, praelioque cum Decio commisso, ipse in acie strenue pugnans cadit,† filius vero ejus apud castra Praetoria interficitur. (teste Valerio Victore etc.) Hoc modo itaque Decius, adversarium sibi Philippum cum e vivis sustulisset, ipse regnavit.

Natus ille est Bubaliae [(in scriptura) Victor Junior Epitome Caes. cap. 29] Pannoniae

† Victor Epitome 29. Veronae ab exercitu interfectus est, medio capite supra ordines dentium praeciso. Ex aliis scriptoribus colligi potest ad Veronam occisum fuisse. Syncellus p. 289. (Hist. Byz.) Δεκίου Φίλιππον ἀνελόντος ἅμα τοῖς παισὶν addit Cedrenus p. 204 (Hist. Byz.) ἀνῃρέθη δὲ ἅμα τῷ υἱῷ ὑπὲρ Χριστιανῶν κατὰ Δεκίου ἀγωνιζόμενος. confusa sunt quae Moreri h.v. Philippe (Marc-Jules) narrat

† 947, vel 954. A. Chr. 191. vel 201. Utrumque enim prodit

† ~~Victor 29. Chron. Paschale~~

Eadem contradictio inter recentiores de praenomine Decii est, quam de genere ejusdem Imperatoris in historiis optimis nota supra indicavimus. Sunt † ~~hunc ni fallor Guthrie et Gray Historr. enim in 3. regibus; nam et iis eam opinionem etiam habent ...~~

~~cf.~~ 29. Chronicon Pasch. Victor junior. Epitom. p 215. (Hist. Byz.)

† Crevier p 284.

† Gibbon tamen chap. 10. p 248. l. c. prior esse videtur ad opinionem eorum, qui Imperatorem nostrum ab antiquis Deciis originem ~~ducere~~ credant. Sed licet frequens mentio Deciorum et seniori tempore in historiis occurrat (Gruter. p 51. Procop. Bello goth. III. 22. Hist. Byz. p 143.) nihil tamen vetat, ut genere Pannonium fuisse affirmemus, cum sufficiat dignum se genere Deciorum imperator noster praebuerit et illos Juvenalis VIII. 254. descripsit. periculosum attamen esse credo ~~contra~~ despi- mentio auctorum contradicere, cum sufficiat, dignum se ~~et~~ Deciorum nomine Imperatorem nostrum praebuisse, etsi semibarbarus natione fuerit. De genere

† ed Lund 1738.

in inferioris vico, anno ab U. C. ~~202~~ † ~~957~~ ~~fl. J. S. Ignatius, qui ... quantum scimus, haec ... credendum est licet~~ † Alii vero scriptores non solum de hac re silent, sed ipsos annos imperii Deciani ut infra ostendemus ita convertunt, ut quo se vertas, dubius haereas. Neque minus de praenomine imperatoris nostri ~~auctores dissident~~, cum alii Caj, alii qui Cnej praenomen illi fuisse, ferebant. Opinioni priori ill. Patinus (in numismat. Decii p 389.) addictus est, sed quam falsa opinione imbutus sit, jam Antonius Pagius (in adnot. ad Ces. Baron. Annales ~~Tit~~. ad ann. chr. 251†.) et ill. Cardinalis Henricus Noris (in Dissert. III. de Epochis Syromacedon. p 315.) ostenderunt, prolatis nummis, in quibus praenomen Caj, cum imagine imperatoris nostri adparet, quod et nuper J. Eckhel doctr. numor. Parte II. Vol. VII. p 346. confirmavit. Nec minor ~~Eadem~~ dissensio inter viros doctos de nomine uxoris Decii est. Quae hinc orta esse videtur, quod in actis apostolorum ad diem X. mensis Augusti Tryphoninae cujusdam, Christiano cultui addictae, quae inter Sanctas feminas postea relata est†, mentio occurrit, itaque uxor Decii in illis nuncupatur. In vita enim S. Laurentii „Decium pro „tribunali Romae adsidentem, suppliciaque

† coliturque in ecclesia nostra catholica die 18 et 20. Oct. v. acta S. Valerii ad 10. Aug. Surii.

13

"multos Christianorum affici jubentem a dæmone
"correptum fuisse animamque inter cruciatus exha-
"lasse, narrat. Quod cum uxor ejus Tryphonia
"conspexerit sponte cum filia sua Cyrilla[a]
"ad presbyterum Christianorum venerit, rogave-
"ritque ut se baptizare velit." Hinc nonnulli probari posse putant Tryphoniam uxorem Decii fuisse. Sed egregie eos falli idem Henricus Norisius (l. c.) et cl. Banduinus (Utilitas Rei numariæ p 12) ostenderunt. Numi enim apud Rhesaram Mesopotamiæ urbem eruti, aperte nos docent Herenniam Etruscillam ‡ uxorem Decii fuisse. (Patin in Thesauro etc.) ‡ Quod autem de Tryphonia in A. Ap. legatur, de hac re videant qui videre possunt. Equidem cum doctissimo Hen. Norisio (l. c.) fabulosa hæc esse puto, ea potissimum causa ductus, quod omnia in vita S. Laurentii adeo confuse tractentur, ut ~~dubio~~ ~~locus~~ nequeas quid veri inesse commentis ~~putes~~ sit. Nec ~~scio~~ video unde Baronius ‡ opinionem suam hauserit, ut affirmaret, S. Tryphoniam concubinam ~~non legitimam uxorem~~ Decii ~~sed concubinam~~, fuisse. Cujus verba Tillemont Gallus (Histoire des Empereurs Tome 3. seconde edit. p 256) postquam retulerat, sive vana ~~sive superstitione~~ ostentatione motus, ~~sive superstitione~~[a]; sive ut risum legentibus moveret, hæc adnotavit: "Nous savons
"par l'exemple de Ste Domitille et par quelques
"autres, que Dieu a quelquefois pris plaisir

Atque

‡ quæ et mater Castrorum[a] in numis adpellatur
a) v. Eckhel. l. c. VIII. p 450.

‡ Eckhel doctr. numor. Pars II. Vol. VII. p 347.

‡ Annal. ad an. 269. ed. l.

a) ‡ tibi solida
superstitione sua praeclarum monumentum posuit in Mem. Ecclesiast. II. p 334. Gibbon l. c. chap. 16. note 21. T p 529.

~~moriter~~

"a se faire des adorateurs parmi ses plus "grands ennemis." Utcunque est, aeque haec confusa sunt, atque illa, quae de morte Decii narrantur. Neque enim a daemone correptus Romae inter cruciatus animam exhalaverat, sed in acie pro liberanda patria strenue pugnans, cecidit, ut clarius haec infra a nobis ostendentur. Quod priusquam tractaverimus de genere vitaque institutione et artibus quibus se in administranda re publica Decius ~~imperator~~ ~~noster~~ gesserit, disserendum est.

De ~~genere Decii~~ (quem Mascovius p. 335. l. c. inique parum memorabilem prius extitisse dicit ~~et~~ Crevier p. 276.) nihil certi quod referam apud auctores invenio. Altum enim silentium de hac re in historicis est. Id solum memoriae prodidere, nobili genere ortum (Zosimus p. 30. ed. l. ~~Pomponius Laetus in Decio~~) ~~in Pannonia inferiori~~ fuisse. ~~Quo autem~~ sed quo casu Romam delatus esset, ~~neque~~ nihil certi de hac re in scriptoribus ~~aliquid certi~~ invenis, suspicari tamen licet Romae educatum fuisse, eo usque meritis suis pervenisse, ut sub Philippis Augustis‡ Caesarea procuratio illi mandaretur (v. Acta S. Genulphi‡). Pomponius Laetus (in Decio), ad amplissimas dignitates neque ambitione, neque emptis suffragiis, neque corrupta amicitia, sed bonis moribus perductum esse, refert. Quocum Aurelius Victor (Vita Caesar. c. 29.) non convenit,

‡ ejus genere

‡ senatoria dignitate ornaretur. Nonnulli (ut Blaskovich à Blaskowicz Historia Illyrici Diss. III. p. 7) procuratione Caesarea sub iisdem Augustis functum fuisse putant; sed Acta S. Genulphi (*) quae citant, ~~de~~ Decii consulis et procuratoris mentionem faciunt, et in lapidibus (Grut. p. 51.) Decii talis mentio occurrit, ~~sed~~ quis tamen pro certo adfirmet, de Imperatore nostro id intelligi debere, cum constet priusquam Imperio poteretur, ordinarium consulatum non gessisse. Alii (b) praesidem Mysiae fuisse narrant, sed neque hi idoneum testem adferunt; Quapropter ~~ordo~~ procuratorem Decium, ad ~~praes~~ dignitatem praesidis ~~promotum~~ ab his [illegible] aliquo fuisse promotum [illegible] ~~habeant~~ ~~re~~ Decium dum privatus fuit ~~ullo~~ munere qui‡ ~~videre posset~~. Nobis itaque ignorantiam potius ~~de~~ in re obscurissima fateri, quam novas conjecturas

‡ publico functum esse volebant

(*) in Actis SS. Bolandi ad diem XVII. Januar. ~~[illegible]~~

(b) Guthrie et Gray hist. XIV. 3.

~~qui praesidem Mysiae Decii~~ fuisse narrant.

rae hisce commentis addere, placet. Quod vero a Victore (in Caesarib. 29) traditur

~~ait~~ enim, Decium ad imperium militiae gradu ~~traditur~~ conscendisse. [Id quoque] ~~Quod~~ mirum [nobis videtur] ~~videri~~ ~~potest~~, cum inter omnes constet, Decium tunc primum militiae nomen dedisse, cum ad opprimendas factiones a Jotapiano et Marino concitatas, dux a Philippo crearetur. ‡ ~~Non liquet~~ ~~id constat~~ an spontanea voluntate imperator [militibus] ~~ab exercitu~~ salutatus [fuerit] ~~fuisset~~, an militum ad facinus id praeparatis animis. Putare posses, non fortuito casu id accidisse, cum nulla causa inveniatur, cur milites Marinum, ducem a se electum, tam cito dereliquerint. Qua cum opinione Zosimus ipse convenire videtur. Is enim Decium cum a Philippo ad suscipiendum militare munus urgeretur, veluti vaticinantem inducit: τὸ καὶ ἑαυτῷ καὶ Φιλίππῳ ταῦτα ἀξύμφορος ἡγεῖσθαι. Ex quibus verbis suspicari licet, Decium de exitu rei iam tunc certiorem factum fuisse.

~~Idque et Pompon. Laetus adfirmare videtur cum de illo scribat: "exercitum Illyricianum mire dilexit, qui ab eo primum Imperatoris nomen accepit."~~ Sed quominus id credas ejusdem ~~Pomponii Laeti (in Decio) testimonium obstat, et ipsius~~ Zosimi, testimonium obstat, qui, milites ob factiones a se motas sibique a Philippo timentes et Decianae virtutis gnaros, imperatorem nostrum ad suscipiendum imperium stricti

Quae cum ita sint ‡ ~~Lo~~ quis vetat verba Victoris ad hoc tempus referre, quo Decius a Philippo exercitui praefectus esse dicitur? Tunc enim factum est, ut opportuna hac occasione ~~Decius~~ ipse primum exercitus ductor, mox Imperator adpareret. Non constat tamen

Cum eo usque res pervenerit, ut neque ipse senatui mandare, neque sibi datum iri, sperare posset. Gibbon l. c. chap. 10. p. 244. Idem ed.

Felix ille Gibbon l. c. chap. 10. liceret secundo postposito primum amplectendum. Nec minus absurdum summam dignitatem spernere gladiis coegisse narrat (l. c.) Impudentius esset, cum aut mortem aut imperatoriam dignitatem ~~Nuncio de his rebus Romam adlato,~~ Decius summo Senatus favore Augustus adpellatus ~~est. Ille~~ tamen ~~Pomponio Laeto auctore,~~ prius quam in urbem rediret, ad opprimendos civiles tumultus a Pacatiano Tyranno, qui se Imperatorem et Augustum nominaverat concitatos, in Galliam profectus ipsa est. Quod eo consilio fecisse videtur, ut et ipse in imperio tutum se redderet, et occasionem nancisceretur periculandi, quo animo erga se senatus esset. Nec prius Gallia excessit, donec factiones Pacatianas oprimeret, Senatuique ostenderet, dignum se esse, ut universum orbem terrarum moderaretur ~~imperaret~~. De bello hoc in Galliis a Pacatiano moto nullus historicorum clare disseruit, ~~mentionem facit Pomponius Laetus in Decio, Eutropius lib.)~~ ~~extant tamen nummi, quos Pacatianus tyrannus, in honorem sui (Jos. Ekhel etc.) cudi jusserat, qui id ostenduntur. Nec minus~~ verba tamen Zosimi huc referri possunt, qui perturbationes magnas in Orbe Romano ob negligentiam Philippi ortas esse scribit, quod ad solos Illyricianos exercitus motus, referri nequit. ~~qui voluptarum~~ ~~(Histor. VIII. 21.)~~

His peractis, Decius urbem rediens, filium suum Q. Herennium Etruscum Messium Decium (~~summa cum potestate~~) consortem declaravit, multasque praeclara perfecit, ut Eutropius IX. 4 (~~p. 396 ed Havercamp.~~) ~~et Pomponius~~

Quod cum ita factum sit

Vix atque nuncius de interfecto ~~Veronae~~ ~~apud~~ Veronae Philippo Romam delatus esset

Fecit tamen Eutropius IX. 5 mentionem, in quo loco

Alicet Codd. cum in constans lectio, ~~in plura variant~~ (Syselucke ad Eutropium l. c.). At tamen nummi ~~cur~~ exstant qui rei obscurissime lucem adferrant Eckhel doctrina numor. Pars II. Volum. VII. p. 339. ed. vind. 1793. nec minus

doctrin. numor. veter. Pars II. Vol. VIII. p. 371.

qui et nobilissimus princeps Juventis in inscriptionibus dicitur. v. G. Cuperi Observ. IV. 1. Eckhel I. de hac re esti in Dodvell. Praelect. Camld. p. 583. ed. l. disserat, magis tamen Eckhel l. c. VIII. p. 450. placet qui docet Hre

~~ere~~ ea re nihil certi adfirmari posse, cum humi qui id desperentur, deficiant.

~~‡ Gruterus ff~~

~~Latus~~ docent. Quo facto, cum et civilem et militarem rem strenue gessisset, non solum summi honores a Senatu illi haberentur, sed una cum Trajano, compellationem Optimi Principis Decio peperere. Conspiciuntur enim in lapidibus tituli Pii Felicis summo consensu Senatus imperatori nostro decreti Gruterus p. 273. ~~(Pompon. Laetus in Decio, Decius pater...)~~ Mirum tamen, quod tam optimi principis vita, resque ab illo gestae, adeo obscuritate laborant, ut quo modo in re publica administranda se gesserit, nihil certi in historiarum scriptoribus invenire possis. Cujus rei causam preclare ill. Casaub. (in Comment. ad script. hist. Augustae T. II. p. 166.) his verbis refert: "suspicari licet, quia Philipporum res, et ceterorum qui in hac collectione (scriptorum historiae Augustae) silentur, Deciorum rebus erant permistae, quos hostes savissimos ecclesia Dei quondam est experta, compilatorem hujus operis pietatis christianae fervore impulsum, in Deciorum odium, praestitisse principes aliquot, minutos praesertim et parum memorabiles, silentio transmittere potius, quam vel Capitolinum vel Spartianum vel Lampridium aut quemquam alium‡ describeret, qui omnes ipsos minorum gentium imperatores, uno libro fuerat complexus: Nemo dubitat similem ob causam factum esse, ut in tanta

‡ et Trebellius Pollio de vita Impor. Decii scripsit II. ff 1671. ed. Casaub.

" hodie temporum Diocletiani ignorantia versemur,
" amissis omnibus historicis, qui primis his
" illius pessimi quidem, sed tamen maximi,
" gesta uberius narraverant." Praeter haec a Casau-
bono dicta, inde confirmantur, quod similem
fecerant et ob eandem causam plurimi aucto-
rum classicorum passi sunt. Nos tamen omitte-
re non possumus, quominus ea, quae ex histo-
ricis erui possint, referamus. Nam etsi hac
infelici fortuna Decius usus sit, ut nisi ea
quae ejus famae nocere possent (Chronicon
Alexandr. cum nihil etc.) scriptores Christiano
cultui faventes frequenter commemorant, sunt
tamen alii, quorum ~~[illegible]~~ Zosimus et Zonaras prin-
cipes ~~est~~ sunt, qui optima quaeque de imperatore
nostro tradant. Is enim refert: Decium, cum
magnitudinem imperii contemplaretur, P.
Cornelium Licinium Valerianum[7], qui postea
imperavit, exercitui praefecisse, virum mi-
litarem et bonis moribus nobilem, tum
sextum sexagesimum annum agentem. Meminit prae-
terea, imperatorem nostrum, etsi strenuitatis
suae praeclara documenta Senatui dedisset, omnia-
que ad nutum ut antecessores ejus faciebant
gubernare posset, id voluisse, ut res publica
Romana sua ope restaurata, antiqua jura
reciperet. Decius enim senatui censorem eli-
gendi potestatem restituit, jus quintae rela-
tionis et proconsulare imperium, unde Au-
gusti omnes pro consulibus erant, nec non

[7] Capitol. in Gord. 9.

jus tribunitiae potestatis, quod Augustus primus sibi perpetuo vindicaverat, arbitrio senatus populique Romani permisit. Haec de civili vita. Si vero autem ingenium et indolem spectas, dicitur Pomponio Laeto, artibus omnibus virtutibusque insignitus, placidus, comis, armisque promptissimus. Unum est, quod tot tantisque dotibus animi, vir strenuissimus praeditus, cum per duos annos et dimidium, rem Romanam moderaretur, accidit ab omnibus, qui vitam Decii et descripsere in imperatore nostro vituperatur. Id scilicet, quod inexpiabili odio Christianos persequeretur.† Quod quia magni momenti est, quin referamus omittere non possumus, veniam a legentibus commentationem nostram petentes, si prolixiores in re gravissima enarranda fuerimus.

† hinc ὁ θεομάχος a Syncello p. 299. (Hist. Byz.) vocatur.

Neminem quicunque paulo diligentius antiquos scriptores legerit, latere puto, in universo orbe Romano quemlibet licuisse, suos deos, a dicto suo ritu colere,† (Cicero pro Flacco 28.) dummodo res publica nihil detrimenti inde caperet. Nam licet nonnunquam gravissimas poenas peregrinae religionis cultores Romanis luerent (Polyb. VI. 54. ait superstitione etc.) inde

† Gibbon l. c. chap. 2. p. 29. (ed. 1.) 44.

hoc fiebat, quod sub praetextu falsae Religionis sodalitias et collegia legibus vetitas (l. 1. pr. D. Colleg. et Corp. l. 2. Extr. Crim. l. 2. Colleg. Busson. Select. antiqq. I. 14. ed. Trebell. L. B. 1747.) ad libidines exercendas, quam deorum cultum homines perditiores (Cicero de Leg. II. 14. pro Plancio 15. in Pisonem 4.) inibant.* Hinc apud Scriptores historiae ecclesiasticae aeternum illud odium, contra legum latores, ipsosque JCtos, veterum sacrorum cum ingenio populi et ipso Romano imperio arctissime conjunctorum, acerrimos vindices. Hi enim (ut cl. Bynkershoek Opusc. Varia L. B. 1719. p. 241.) cum consiliis principum, qui avitam religionem defendebant, non solum interessent sed praeessent, facile Edicta et Rescripta ab illis impetrarunt, quibus novis sectis ex quibus res publica non nihil detrimenti capere posset, obviam iretur. (hinc Balduinus in Comment. ad Edicta veter. Princ. Rom. de Christianis p. 96. querelas contra Ulpianum movet. aeque iniquas ac Chladenius (de Gentilit. p. 1014.) quod Alexandro Severo ad instaurandam Romanam Gentilitatem non suaserit). Quod bene plerumque fiebat, cum imperatori ignavo, imperiumque male administranti, strenuus vir praeesset, qui id in primis conaretur, ut ab antecessore

* in licentiis collegiorum talium inevendor. rarissimi Romani erant Plin. Epist. X. 42. 43.

antecessore suo imperium corruptum, in antiquum statum redaceret. Documento nobis Septimius Severus et ipse Trajanus Decius sit. Nec desunt exempla quibus probemus et ignavissimos imperatores nonnunquam hanc curam suscepisse, ut alienis sacris rem publicam pollutam purgarent (Suetonius in Claud. 25. et ibi Ernesti). At dicas, persecutiones tales, nisi superstitiosos pravosque imperatores facere solitos fuisse. Sed ne id credas obstat memoria optimi Imperatorum Nervae Trajani, qui etsi conquirendos Christianos vetuit, delatos tamen puniendos esse, ad C. Plinium Bithyniae praesidem rescripsit. (Epist. Plin. Balduinus l. c. p. 61. 179.)

Judaei tamen et Christiani in primis erant, quos Romani praecipue persequebantur. Illos, quod pertinacissimi in servandis ritibus suis essent,‡ hos ideo, quod pro Judaeis a Romanis putarentur, cum ex Judaea originem duxerent.‡ Hinc apud Tacitum (Histor. V. 4./5. Annal. XVI. 44. et ibi Oberlinus) eadem Judaeis atque Christianis objiciuntur†, eaque contra hos atque illos criminatio movetur, ut utrique populo idem Romanis timor,‡ hinc eadem con-
gens superstitiosa. Mosheim p. 190. 199
~~tra ambos querela.~~ Judaei enim cum

† quam opinionem de his antiqui habuerint Diodor Siculus lib. 40. Dio Cass. lib. 37. Tacit. Hist. V. 1–9. Justinus 36. 2. 3. tradunt.

‡ Jussi a Cajo Caesare, effigiem ejus in templo locare, arma potius sumpsere Tacit Hist. V. 9.

‡ Gibbon l. c. chapitre p. 431. nota 25.

† de Judaeorum adversus omnes, qui eorum religionem non coluerint, odio, v. Basnage, histoire des Juifs VI. 28.

crudelitatis Judaicae in insula Cypro commissae memoriae Dio Cass. 68.

saepissime rebellarent, sive ideo quod gens haec natura ad dissidia discenda prona erat, sive rapacitate procuratorum Caesarum, qui vice praesidum Judaeam ~~pr~~ moderabantur, moti† (Josephus de bello Jud. II. c. 9. 11. Antiq. XX. 5. Tacitus XII. annal. Casaub. observ. XIX. 13. Tacitus ann. XVI. de Rapacitate procurator. Tacit 41. 12. fuerunt tamen et virtutis inexpertes viri, qui eo munere fungebantur Guther. de Off. domus Aug. p 702. ed. l.) remque Romanam inquietam facerent, †adeo Romanos exacerbabant ut priusquam teterrimam gentem funditus exstirpassent, non cessarent. Quod utinam et in patria mea ~~sic~~ ab tot saeculis, Judaica colluvie contaminatae!

~~Haec~~ de Judaeis; quod vero Christianos pertineat, fremant omnes, dummodo quod sentiam, libere dicam. Quis enim nescit, Christianos in perseverantia et pertinacia nimium sibi indulsisse, contra dissentientes ad ipsam furcam et crucem rabiosos potius quam religiosos? (Fr. Balduinus p 39. l. c. Lactant. V. 2. Tertull. Apologet. 27.) Hinc a Romanis nonnunquam salvi dicebantur, quod saepissime pecudum ritu ad internecionem cunctas leges Romanas mortemque ipsam contemnerent. (Tertull. l. c.) Et multa sane erant, eaque gravia

† Gibbon l. c. chap. 16. p 521.

† Gibbon l. c. chap. 16 p 552. et chap. eb. nota 69. p 544. cf. oratio judicis ad Christ. damn. Tertull. ad Scapul. 5.

quae Romani Christianis obiiciebant.† Fovebant enim religionem, quae neque cum polytheismo Romano, neque Institutis patriis conveniebant, cum unum Deum colentes (Euseb. Hist. VII. 11.) Imperatoribus sacrificare nollent. Praeterea Romanorum pontificum querelae passim audiebantur, in omnibus provinciis ob novam superstitionem deserta templa deorum stare, deosque avitos contemni (Balduinus l.c. p. 59. J. G. Vossius in Comment in Epist. Plinii de Christianis p. 17/99.) Mirum itaque quod ob has causas Romanis invisi, persequebantur. (Tertull. apolog. 23. 20.)

Neque id unum erat, quod Romani in Christianos criminabantur.† Quid putas? exaudiuntur passim Sancti Cypriani querelae, de sceleribus Christianorum, quas piget meminisse et pudet referre. (S. Cypriani Epist. 4. 45. p. 112/99. 66. 13. ed. Joan. Oxoniensis Bremae 1690.†) Nec est, quod de συνεισάκτοις et ἀγαπηταῖς,† tum feminis tum viris memorem, cum a doctissimo Dodwello (Dissert. Cypr. III.) id clarissime et luculentissime expositum sit. Id solum commemorandum est, fieri potuisse, ut Christiani in sceleribus quae SS. Patres comme-

† vid. quae Minucius Felix v. Celsus ap. Origen. III. p. 130. 142. Julian. ap. Cyril. VI. p. 206. (ed. Spanh.) de Christianis, vera falsis mixta, tradunt.

† mirabantur Romani, cur Christiani nullas aras haberent, templa nulla, nulla nota simulacra? et Minucius Felix cap. 10. quaerit: unde, vel quis ille, aut ubi, Deus unicus, solitarius, destitutus? idem de Judaeis Tacitus Hist. V. 9. nulla intus Deum effigie, vacuam sedem et inania arcana. v. Jo. Math. Beutler et H. G. Kuber. Dissert. binae, de Pompeio Hierosolymanis. Vitembergae 1741. 1742. § 7.

† Minucius Felix v. Gibbon, the history of the decline and fall of the Roman Empire chap. 15. nota 192.

† Baronius Annal. Eccles. ad an. 253. (ed. l.)

† Tertull. de Jejun. 17. Sed maioris est Agape, quia per hanc adolescentes tui cum sororibus dormiunt, appendices scilicet gulae lascivia et luxuria.

morant, deprehenderentur (T. Balduinus l.c. p. 43. (99. p. 53. (99.) ob eaque, et clandestinas sodalitates persequerentur. Persequebantur vero eo magis, quo diligentiores in administranda re publica† imperatores vel praesides provinciarum erant.‡ Quid autem mali committerent, si christianos a nocturnis coitionibus quas leges fieri vetabant arcebant, †equidem non video? De persecutione christiana tamen omnes historiae ecclesiasticae scriptores ita tradant, ut omnibus conviciis Romanos insectentur, falsa et vera simul commiscentes. Nec mirum est; ita enim vehementia persecutionis nonnullorum animi perturbati erant, ut tempore Cypriani essent, qui propinquum mundi finem crederent (S. Cypr. Epist. 22. ed. l.)† Verum si historicam fidem anxie quaeramus, nec T. Chi Romani, nec Decius imperator tam saevus apparebit,‡ nec tantus numerus martyrum quam vulgo a Decio (trucidatorum perhibetur†, ut idem Dodwellus Diss. XI. ‡ostendit.† Sed ita natura homines comparati sunt, ut nec in odio nec amore cohibere sese sciant. Odisse vero plurimos qui ambitione de temporum suorum felicitate ducti vigilantissimos se in administranda re publica

† Gibbon l.c. chap. 16. p. 547.

† et quo magis novam superstitionem (ut Romani verum Dei cultum vocabant) grassantem viderant Cypr. Epist. 79.

† vel in facinore pertinaces ~~[illegible]~~ Gibbon l.c. p. 527. chap. 16. Plin. Epist.

† Mosheim Kirchengesch. I. p. 457.

‡ qui nisi odio contra Philippum motus, christianos persecutus fuisse ab Orosio histor. VII. 21. traditur, quod minime approbari potest. Gibbon l.c. p. 560. chap. 16. nota 121.

‡ sed aliter hoc in Chron. Paschal. p. 216. (Hist. Byz.) narratur.

† Dodwell. de paucit. martyr. l. 13. imo Dionys. apud Eusebium VI. 41. septemdecim christianos tantum morte affectos fuisse narrat, quorum nonnulli ob latrocinia commissa damnati sunt.

† ~~[illegible]~~ nonnulli scriptorum adeo in Decium exacerbati odiis esse videntur, ut odio erga Philippum qui christianus fuisse traditur, imperatorem motum christianos ‡ prosecutum fuisse Zonar. XII. 20. Orosius histor. VII. 21. Euseb. histor. eccles. VI. 32. ‡ licet id Pater Th. Ruinart in praef. ad Acta martyr. Verona 1731. p. 16. absurda argumenta proferens, negat.

Gibbon l. v. cap. 15.

exhibuerint, et nostra descriptio vitae Imperatorum optimi docet, et rerum gestarum monumenta testes supersunt. Restat, ut de morte Ducis, disseramus:

Hic vir, tot, tantisque dotibus animi praeditus, cum

mihi dulcia illa momenta

Quoties ~~[illegible]~~ ~~dulcis dulcis recordatio temporis~~ quibus ~~dulcissima illa momenta~~, ~~qu~~ ~~[illegible]~~
tecum doctissimi Savigny ~~in~~ Berolini morabar
~~[illegible]~~ in memoriam revoco, ~~[illegible]~~ ne
queo, quin exclamem, vix ~~[illegible]~~ cohibere
per hoc semestre Berolini non mansi-
sti! Nam licet ~~mihi~~ ad ripas Lahne, tran-
quillissimam vitam agens felix esse
videar, tamen nunquam, maxime si
tui recordor ~~[illegible]~~ ~~incredibilis~~ (~~quam [illegible]~~
~~[illegible] attractionem~~ ~~appellare mavult~~)
~~ad~~ tanta trepidatio animum invadit, adeoque urget,
ut nisi me ~~[illegible]~~ bibliotheca locupletissima ~~[illegible]~~ Gottingensis
et praelectiones Eichhornianae hic ~~[illegible]~~ detinuerint
~~nihil me [illegible] cohibere [illegible] posse [illegible] temporis hic morer~~ nihil Gottingae moratus
Berolinum ad te doct. Sav. ~~doctissime Savigny~~ revolarem ~~[illegible]~~ ~~valerem~~. Quor-
sum haec? certo rogas? ~~[illegible]~~ cur haec tre-
pidatio, quae ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ animum
qui vix alque vix cohibere possem videtur? Eqi-
dem respicio, ~~et~~ quod Tibi ~~[illegible]~~, si de illis
~~[illegible]~~ ex me quaeres Tibi respondeam
~~de tua tamen~~ certo scio ~~[illegible]~~ ~~[illegible] mente receptum manet~~;
~~nihil [illegible]~~

ƚ ~~cum maxima animi voluptate~~ quem ~~cum~~ de Jure Civili differentem ~~multa~~ cum maxima animi volu- ~~ptate audiebam~~ ~~putaveram me esse~~, te un- cum esse ~~professorem meorum esse, cujus prae-~~ ~~stantiam~~ ƚ non solum ~~differentem~~ verum [illegible] ~~summa animi voluptate~~ verum ƚ ~~perspi-~~ ~~tatem~~. Heu mihi, quod tui expers, ~~hic~~ ~~facile~~ [illegible] ~~Musarum Goettingensium~~ [illegible] morari cogor, ubi ~~neque~~ [illegible] nec occasio neque facultas de Jure Civili disputandi, (ut Berolini [illegible] tecum [illegible] consueveram,) ~~occasio~~ mihi est! ƚ Quid agam? hoc itaque volo Berolini remotus copiam [illegible] ~~Hannoverae~~ [illegible] habere tui non possum saltem ~~per~~ [illegible] ~~Shtfolen~~ [illegible] tecum ~~[illegible]~~ doctis- sime Savigny confabulari liceat. ƚ ~~ut persuasum tibi sit~~, (etsi id te dubita- re non puto,) me ~~[illegible]~~ non quotidie solum, dulci memoria Tui nominis teneri, ~~sed et si in patria~~ ~~quando~~ ƚ sed ~~[illegible]~~ semper ita affe- ctum ~~[illegible]~~ te mensuram ƚ, ut perditum hunc diem mihi crediderim, si Tui non ~~[illegible]~~ vale.

ƚ ~~beatus esse videar, si tecum ~~omnem~~ omnem meam vitam in tota vi- vere!~~

ƚ, licet multa ~~habeam~~, de ~~quibus tecum in~~ Conspi- rationes a Deo dates ~~disput~~ de quibus disputarem saepe offerunt. Sed impru- dentius est, de iis ~~qu~~ conqueri, quae mutari non possunt.

ƚ velim, persuasum tibi esset

ƚ ut perditum hunc diem mihi esse crediderim, quo Tui recor- datus non fuero. vale.

ƚ ~~A quo die in solo Patriam~~ ~~[illegible]~~ ƚ ut ~~perditum~~ quo ~~die Tui non meminerim, perdi-~~ ~~tum~~

XV

‡ quis negligentiam historicorum non culparet, qui nihil de rebus prae ab eo gestis memorarunt, nisi quod lavacrum ~~et moenia~~ aedificasse, moenia urbis restituisse, itaque dedicasse ~~et~~ tradatur

(vid. auctores a)

‡ lum sexagenarium annum agentem Tillemont histoire des Empereurs III. p. 893. nota 1, citati

‡ Utcunque est, iam id in vita Decii memorabile est, quod

‡ quod tamen adfirmare non ausim, cum ipse Valerianus ap. Trebell. Poll. (p. 178.) se ~~privatum~~ hominem privatum esse, adfirmet. Meminerunt quidem Acta S. Mercurii ad diem 25. Nov. Surii, edicta a Decio contra Christianos emissa et Valerii nomine subscripta fuisse, sed haec ut Acta S. Laurentii confecta ~~sunt~~ et ipsa credibilia et sed v. Pagius ad Baron. 253. dudum refutavit.

‡ Eckhel. l. c. Pars II. Vol. VII. p. 346. ~~...~~, non enim vita sed factis optimus quoque imperatores aemulatus.

‡ Cassiodorus ad an. 252. est, etsi fervore ~~nimii~~ ~~nimis~~ christiano orbis multis execrabile animal eum dicat.

‡ Quod est verba Dionis a nobis adlata, veteres illos Decios respiciant, nihil tamen vetat ad Imperatorem nostrum ea referre, cujus vitam et mortem ~~...~~ ~~illis~~ ~~...~~ veteribus comparandam esse Trebellius Pollio auctor est.

‡ Δεκίας καὶ τὸ ξίφος τὸ Βεδρᾶ? Reimarus ad Dionis Exc. 45. p. 441. et 46. p. 463. ~~...~~ Historici ~~Decium Imperatorem quem laudavimus non indigenam antiquis nomen non duxisse, quapropter epitheta supra allata indiderunt~~ [Deciis illis bene fuerint, a Decio] Decium fuisse non legimus)

ex qua adparet, procuratorem Caesaris judicem a privatis sumptum recte judicem electum esse, ratumque esse, quod partibus consentientibus dijudicasset. Cui obstat constitutio a Gordiano imperatore data, unde discimus procuratori Caesaris non vice Praesidis agenti dandi judices inter privatos facultatem non competere. ~~Accedit~~ Huic rescripto constitutio Severi et Antonini accedit (l. 2. C. de adv. fiscum) ~~quae ait.~~ ex qua patet, in integrum restitutio si adversus privatos intenta est, a Praeside examinari debere, si a fisco, procuratorem Caesaris praesente provinciae Praeside, eam peragere moris esse.

Ex his quomodo lesse expediamus dubiosi quaestionis, maxime, quod ~~[illegible]~~ ab imperatore nostro in constitutione supra prolata dictum sit, procuratores Caesaris causam status, quae privatorum causarum potissima est, exa-

minores non posse, ~~et~~ cum tamen in rescripto Antonini imperatoris, posse et inter privatos causas diiudicare dicatur, ~~quod~~ cui Papinianus l. 23. §. 1. D. de appell. contradicit, ait enim in lite privatorum ~~ut dandi~~ judices dandi procuratorem Caesaris potestatem non habuisse, neque sententia ejus litigantes teneri.† Equidem rem hanc ita conciliaverim.

Causam status olim nisi a Praetore vel judicibus‡, cui potestas haec a praetores data esset, examinari et diiudicari potuisse supra exposuimus†. Sequiore tempore cum sub imperatoribus omnia mutabilia essent, jus causas status in urbe diiudicandi consulibus data esse l. 27. pr. D. de lib. causa ‡ licet et praetores cognoscere de his rebus possent† l. 1. C. si mancip. ita. Pedanei judices vero nunquam de his rebus cognoscere potuere, ‡cum et antiquitus non potuissent, nisi potestas a praetoribus illis tributa esset. Causa enim status eum maximos judices exigat, quo modo a judicibus infe-

† et l. 23. pr. §. 1. D. adpellat.

‡ qui et recuperatores dicti quotiescunque a praetore selecti erant l. 7. §. 1. D. petit. hered. l. 8. §. 1. D. liberal. causa. l. 30. eod.

† Causa enim status generaliter accipi debet l. 26. l. 231. V. S. cum non solum ad eum qui in utero est pertineat, sed ad hereditatem quoque tam ex testam. quam ab intest. l. 3. de Test. l. 6. de B. p. contra tab. l. 3. de suis et legitim. l. 3. §. 4. si tab. test. nulla. l. 1. §. 6. eod.

† quibus cognitio de causa liberali demandata erat. ‡ l. 12. pr. §. 1. D. de judiciis

‡ cf. Cujacius ad l. 3. C. de Pedan. Jud.

I nec id mirum est, cum judicio secundum servitutem dicto, omne jus quod liber habuit amittit. l. 3. C. Solut. Matr. l. 44. §. 1. D. de Judiciis l. 1. D. Divort. l. 56. Soluto Matr. l. 1. 6. divort. l. 5. C. Solut. Matr. l. 8. l. 12. §. 4. D. de Captivis.

nioribus ~~de~~ examinari posset? ~~[illegible]~~ l. 32. §. 7. D. de Recept. † In provinciis vero, cum summa potestas dijudicandi penes praesides esset, a nemine causa haec, nisi praesides cognosci potuit †, adeo vero, ut quoties cunque gravissimis rebus occupati partes ~~[illegible]~~ litis muneris quo fungebantur, tenere non possent, ~~[illegible]~~ legatisq[ue] suis ~~illis~~ ~~[illegible]~~ illas cognoscendas demandarent, praescriptum a Caesare fuisse legimus, ne id ~~—~~ id olim nisi summa necessitate urgente sibi sumerent †. Nec audiendi sunt illi, qui l. 1. C. Ordin. Jud. et ~~[illegible]~~ Plin. Epist. X. 77. male intellectis, potestatem de his rebus judicandi Praesidibus provinciae abjudicant, ut Cujacius Observ. XV. 21. Hermogenianus enim l. 10. D. Off. ~~[illegible]~~ Praesid. diserte loquitur: Ex omnibus causis, de quibus vel praefectus urbi, vel ‡ Quaenam autem partes muneris, quo procurator Caesaris ‡ ~~praeses provinciae~~ fungebatur fuisse loquar, difficile dictu est †. Ex legibus enim supra a nobis adlatis pe-

† l. 2. C. Pedan. Jud. [Quod vero nonnunquam causa status a judice dijudicari posse putabatur, ne decipiare cave; ~~[illegible]~~ nam ~~enim tempore~~ ~~id~~ quod ~~olim~~ magistratus olim id jussisset, non semper judex valet. l. 1. C. Praet. pign.

† l. 5. C. Ord. Cognit. ~~l. 13. C. l. 15. C. [illegible]~~ † Gerardus Noodt (de Jurisdict. et Imperio lib. I. cap. VII.) putat: causas liberales sub Alexandro Severo ordinarii juris fuisse; primosq[ue] Diocletianum et Maximianum eas extraordinarii juris fecisse, quod et in Praesidibus provinciar. accidisse affirmat. Quapropter verba legis 2. C. Pedan. Jud. „super qua poterant etiam ante cognoscere" et expungenda esse censet.

‡ l. 1. D. de Off. ejus cui mand. est jurisdict. Gerhardus Noodt de Jurisdict. et Imper. lib. 2. cap. 1. 2.

† l. 1. D. de Off. ejus cui etiv. tunc autem ~~[illegible]~~ datus judex non competens dicebatur l. 20. D. Jud. solvi. l. 35. D. Procur. defens. ita in transact. ipse Praetor vel praeses decidere debet ~~nunquam~~ mandare l. 8. §. 18. D. Transact.

‡ praefectus praetorio, itemque Consules et Praetores, uti eamque Romae cognoscant, Vicariorum et praesidum provinciarum notionem esse. cf. l. 11. 12. D. Off. ~~Praesid.~~ Praesid. †
‡ sive [illegible] (ut lib. in Basilici [illegible] illum vocant)

† Varios negotiis Caesarum praeerant, ut Guido Pancirolus in Notitia Dignitat. utriusq[ue] Imperii † pessime ~~[illegible]~~ et Heineccius Syntagm. Antiq. Rom. I. 12. 13. et in appendice ad lib. I. cap. 105. docent.

let et non solum eas partes provinciae suae, quibus obeundis instituta erat, promisisse[ǂ], sed alias quoque ab imperio suo alienas administrare potuisse[ǂ]. ~~Quarum autem rationes, id ipsa a nobis tradi abitur, hoc saltem meminisse juvabit~~ Hinc patet si constitutionem nostram cum legibus supra a nobis citatis comparemus, nullum discrimen inter utrasque esse facile deprehendes.

Legem 23. §. 1. de appell. a Papiniano jurisprudentiae usque ad nostrum tempus complures constitutioni Antonianae (l. 1. C. de jurisdict. omn. jud.) contradicere supra exposuimus. Ad quas referri possit l. 3. C. eod. a Diocletiano et Maximiano data. Attamen si has leges diligentius inspiciamus, non tam contradicentes apparebunt. In constitutione enim Antoniniana

ǂ l. 9. pr. D. off. procons. et Leg. l. 47. §. 1. l. 50. D. Jure fisci: quae varia erant l. 35. §. 2. D. ex quib. causis maj.

ǂ potuit itaque et causam status inter privatos judicare, si ~~…~~ vice praesidis agebat l. 1. de Pedan. Jud. vel ~~ipse~~ si de libertinitate non vero ingenuitate res erat l. 5. h. t. (ubi causa stat.) C. judicia publica tamen non recte exercebit, nisi simul officio Praesidis provinciae fungatur ut ill. Bynkershoek Observat. lib. II. cap. 20. et 21. ostendit.

= sententiae arbitrorum standum est, sive aequa sive iniqua sit l. 76. D. Pro socio. l. 1. C. Quis dat omn. dici iur. jud. an ita ut in l. 9. pr. D. minorib. ? sed hic forsan ut in l. 1. D. Judicium et ubi quisque. ~~et in primis~~ l. 50. D. eod. pulcrique tamen l. 61. D. eod.

dictum est, etiamsi procuratorem Caesaris ~~[struck]~~ in lite privatorum competentem judicem non fuisse‡, cum tamen ~~[struck]~~ consentiens liberis adversarius litem tulerit, sententiam illius partes litigantes obtemperantes esse debere‡. Quod si recte animadvertamus idem est, ac si imperator rescripsisset, privatos homines inter se litigantes quemcunque hominem arbitrum litibus componendis arbitrum [?] sumere posse. Quilibet enim ~~magi-~~ etiamsi magistratus ~~est~~ sit‡, arbitri munere fungi posse, constat. ‡Quid itaque vetat, ut procurator Caesaris arbiter sumi possit? Sed obstat l. 3. C. Jurisd. omn. in qua dictum est, privatorum consensum judicem non facere, neque rei ~~[struck]~~ judicatae auctoritatem facere, quidquid ille statuerit. ‡~~[struck]~~ Cum enim neque arbitri judicium rem judicatam inter partes faciat‡, praestitum enim ~~[struck]~~ litis ejus non obtemperaverint, quid

‡ Hugo Donellus ad l. 15. D. Re jud. p. 223. T. XI. Lucae 1767.

‡ quanto autem judex ab arbitro distet, hinc colligitur, quod arbitri partibus et infames [?] fungi posse Paulus l. 12. §. 2. pr. D. Judiciis scribat, et Ulp. l. 7. D. Receptis arb.

‡ Si se subjiciant aliqui jurisdictioni, et consentiant inter consentientes cujusvis judicis, qui tribunali praeest, vel aliam jurisdictionem habet, est jurisdictio. Ulp. l. 1. D. Judiciis. idem ait l. 2. ~~pr.~~ D. eod.

‡ eo maxime si talis in partes arbiter sumptus est, qui alicui judicio praeest l. 1. C. Jurisd. omn. l. 1. C. de Jud.

‡ l. 3. §. 3. D. Recept. l. 4. eod. Nonnunquam arbiter ipse ad munus arbitri fungendum a Praetore datus, recte munere functus esse dicitur l. 82. D. de Judiciis.

‡ et licet arbiter sit, judex dicitur l. 7. §. 3. D. de minorib. ~~l. 82. D. Judiciis~~ dummodo haec pronunciaverit, quae sibi mandata sunt l. 1. C. si a non comp. et in eum pariter jus exercet, dummodo ~~p~~ impar, vel non major ~~praetor~~ magistratus praetore sit cf. Jos. Fern. de Retes in Thesauro Juris civ. et Rom. Tomo II. p. 394. nisi sponte sua jurisdictioni ejus se subjiciant l. 13. §. 4. D. S.C. Trebell.

‡ ita quidem, ut neque magistratus per errorem aditus, puta (lege nostra) si partes apud procuratorem causam status peragere velint, nihil agat l. 2. pr. D. Judiciis l. 15. D. Jurisdict.

‡ de privato arbitro id ~~esse~~ intelligi volo, non de judice a Praetore dato, qui arbiter nonnunquam appellatur l. 7. §. 3. minorib. l. 82. D. Judiciis‡

fidei explorata esset: neque in diem litis impulerem apud se habebit: is vero, qui controversiam facit, tamquam calumniator, notae respicitur: repraesentanda cognitio est.

Ulpian l. 3. §. 4. D. Liberis exhib.

Etiam si maxime autem probet filium pater in sua potestate esse: tamen, causa cognita, mater in retinendo eo potior erit: idque decretis Divi Pii quibusdam continetur.

Idem ibid. §. 5.

Cum duo servi duobus separatim duobus deniis in diem addicti sint, et extiterit, qui pro utroque triginta det, refert, unius pretio illum, an singulorum quina adiiciat. Secundum superiorem adiectionem, is servus inemptus erit, cuius pretio adiectio facta fuerit: secundum posteriorem adiectionem, uterque ad posteriorem emptorem pertinebit.

Julian. l. 17. D. de in diem addict.

Generaliter eas personas quibus reverentia praestanda est, sine iussu Praetoris in ius vocare non possumus.

Modestinus l. 13. D. de in ius vocando.

Plerique putaverunt, nullum de domo sua in ius vocari licere: quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum sit, eumque qui inde in ius vocaret, vim inferre videri.

Gaius l. 18. ibid.

Neque impuberes puellas, quae alieno iuri subiectae essent, in ius vocare permissum est. Qui in ius vocatus est, duobus casibus dimittendus est: si quis eius personam defendet, et si dum in ius venitur, de re transactum fuerit.

Idem ibid. l. 22. pr. §. 1.

Si quis in ius vocatus fideiussorem dederit in iudicio sistendi causa, non supposittum iurisdictioni

§. 1. D. Depositi l. 137. §. 4. V. O. §. 33. Inst. de act.

Servo in servitutem tracto matrimonium dissolvitur, neque postliminio restitui potest l. 1. de Divort. l. 56. Solut. matr. Uxor itaque sponte ~~matr~~ divertebat l. 1. 6. Divort. l. 5. C. Solut. matr. l. 8. l. 12. §. 4. De Captivis. Quod Justinianus nisi post quinque annos Captivi viri concedebat l. 14. §. 1. Captiv. Nov. 22. c. 7. postea post 10. annos l. 14. C. Repud. (Divort?)

Si quis liberos in iniustis nuptiis procreasset, potuere illi tamen civitatem accipere Ulp. 3. §. 3. 7. §. 4. Coll. ~~11~~ 12. §. 2. l. un. C. de Ingrat. lib.

Licebat autem patri fil. vendere, postea nisi pauperi sanguinolentum vendere licuit Paul. V. 1. §. 1. l. 2. C. de patrib. qui fil. l. un. C. Theod. de his qui sanguin. Nihil tamen hoc filiis obest, possunt eidem, vel alius pro his pecunias emptori cf. Inst. de act. offerre et liberitat. recuperare l. 1. C. lib. causa.

De in ius Vocat. cf. Giacius Observ. X. 10.

Domo extrahi neminem posse sunt X. viri l. 18. de in jus voc. l. 19. 21. D. eod. locum pro Domo l. 41. in Valin. 9.

Assiduus cf. l. 234. §. 1. V. S. Quis vindex lit?

illius, ad quem vocatur, pro non dato fideiussor habetur, nisi pro privilegio specialiter remunerari venit.

Ulp. l. 1. D. Si quis in ius vocat. et l. eod.

Edicto cavetur, ut fideiussor iudicio sistendi causa datus pro rei qualitate locuples detur: exceptis necessariis personis: ibi enim qualemcunque accipi iubet: veluti pro parente, patrono.

Paulus l. 1. D. in ius vocati. et l. 3. ibid. et l. 2. pr. D. qui satisd. cogantur.

Si se subiiciant aliqui iurisdictioni, et consentiant, inter consentientes cuiusvis iudicis, qui tribunali praeest, vel aliam iurisdictionem habet, est iurisdictio.

Ulp. l. 1. D. de judiciis et ubi

Cum Praetor unum ex pluribus iudicare vetat, ceteris id committere videtur. — Judicem dare possunt, quibus hoc lege, vel constitutione, vel Senatusconsulto conceditur. Lege, sicut Proconsuli. Is quoque, cui mandata est iurisdictio, iudicem dare potest: ut sunt legati Proconsulum: item hi, quibus id more concessum est propter vim imperii: sicut Praefectus urbi, ceterique Romae magistratus.

Paulus l. 12. pr. et §. 1. D. ibid.

Ubi acceptum est semel iudicium ibi et finem accipere debet.

Marcellus l. 30. D. ibid.

Si quando is, qui in possessione servitutis constitutus est, litigare de condicione sua non patitur, quod forte sibi forsque generi vellet aliquam iniuriam inferri, in hoc casu aequum est, quibusdam personis dari licentiam pro eo litigare, ut puta parenti qui putat dicat filium de sua po-

vindicem Balduinus (ad l. XII. Tab. fin. All. et R. Tom. II. p. 154 et ss.) putat fideiussorem iudicio sistendi causa, adductum ut crederet l. 2. D. qui satisd. cog.

Manum in iudicio conserere, est vind. Gell. XX. 10. Jus idem quod vindiciarum l. 11. D. de J. et J. Vindiciae secundum Festum res eae erant de quibus litigabatur idem ait Superstitibus vindicias sumendas esse ab iis, inter quos controversia est. Repetes idem quod Festus et Plautus. In XII. Tab. dictum erat vindicias secundum libertatem esse dandas. In Post quaestionib. dubium non est decemviros iudicasse, quod Praetores postea in Edicto ubi possid. apertius explicuere. Libertatis favore quid in hoc genere statuerint jure sing. audiamus. Ceteraliberos verum dari posse existimant: sed in universum tamen cavent, volueruntque vindicias dari secundum libert. l. 2. §. 24. D. O. J. Quod ita accipiendum est, ut non modo liber homo, qui status controversiam patiatur, relinquatur sua libertati, et eius possessionem retineat, interea dum haec quaestio status causaque liberal. pendebit: sed etiam qui servus in libert. ab aliquo legitimo et justo vindice asseritur, interea pro libero habeatur, et libertatis assertori dominus possessionem dat. Quod ex jure gent. in XII. Tab. translatum esse putat Dionys. Halic. II. 30. Σώματος εἰς δούλειαν ἐξ ἐλευ-

testate esse: nam etiam si nolit filius pro eo litigabit: sed etsi in potestate non sit, parenti dabitur hoc ius: quia semper parentis interest, filium servitutem non subire.

Ulp. l. 1. pr. D. de lib. causa. cf. l. 1. §. 1. l. 2. — 6. ibid.

Liberis etiam hominibus, maxime si maiores viginti annis venum se dari passi sunt, vel in servitutem quaqua ratione deduci, nihil obest, quominus possint in libertatem proclamare:

idem. l. 7. pr. ibid.

Si quis sciens liberum emerit, non denegatur venditio in libertatem proclamatio adversus eum, qui eum comparavit, cuiusque sit aetatis, qui emptus est: sed circo, quia non est venia dignus qui emit, etiam si scientem prudentemque se liberum emerit. Sed enim si postea alius eum emerit ab hoc, qui scivit, ignorans: deneganda est ei libertas.

ibid §. 2. cf. l. 33. ibid

Sunt et aliae causae, ex quibus in libertatem proclamatio denegatur: veluti si quis ex eo testamento liber esse dicatur, quod testamentum aperiri Praetor vetat. — —

ibid §. 4.

Si quis ex servitute in libertatem proclamat, petitoris partes sustinet: si vero ex libertate in servitutem petatur, is partes actoris sustinet, qui servum suum dicit. Igitur cum de hoc incertum est, ut possit iudicium ordinem accipere, hoc ante apud eum, qui de libertate cogniturus est, disceptatur, utrum ex libertate in servitutem, aut contra agatur.

ibid §. 5.

δεξιὰς ἀγορεύει, μὴ τὸν ἀφαιρούμενον τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ τὸν φυλάττοντα κύριον εἶναι μέχρι δίκης. l. 24. l. 25. §. 2. D. Liberal. causa. Satisdationis in hoc judicio meminit Dionys. l. c. sect. 31. cuius et Diocletianus l. 1. C. Ubi possid. meminit.

Doctrina de statu non solum pertinet ad eum qui est in utero, sed generaliter regula accipitur l. 26. l. 231. V. S. pertinetque etiam ad causam hereditariam tam ex testam. quam ab intest. l. 3. de test. l. 6. de B. poss. contr. tab. l. 3. de suis et legit. l. 3. §. 4. si tab. test. nullae et l. 7. §. 6.

Domo neminem extrahere liceat ad causam peragendam l. 103. R. J. Quinctil. VII. 8. Cicero in Vatin. 9. pro Domo 41.

In act. de furtis cum impub. agi possint l. 23. 24. de furt. si infantes sint cum patre l. 4. D. de in ius vocando. cum puellis nunquam l. 22. de in ius voc.

Arbiter et judex a Praetore datus dicitur l. 7. §. 3. de minoribus. l. 82. de judiciis.

Titulum qui in Pandectis de capite minutis inscribitur Graeci interpretes lib. 46. 2. Basilic. de status mutatione inscripsere.

Nemo potest in pejorem aut majorem neque statum suum dicere l. 30. Pers. Rom. de Relig. in Hein.

Cognitio de liberali causa usufructuario datur, etiam si dominus quoque velit, hoc est, qui se dominum dicit, movere status controversiam.

Ulp. l. 8. pr. ibid.

Quod autem diximus, in libertate fuisse, sic est accipiendum, non ut se liberum doceat is, qui liberale iudicium patitur, sed in possessione libertatis sine dolo malo fuisse. Quid sit autem sine dolo malo fuisse, videamus? nam Julianus ait, omnes, qui se liberos putant, sine dolo malo in libertate fuisse: si modo se pro liberis gerant, quamvis servi sint.

idem l. 10. ibid. s. l. 12. §. 3. ibid.

Haec actio post annum non datur, cum sit honoraria: est autem et poenalis.

idem l. 22. §. 6. ibid.

Si mater et filius de libertate litigant, aut conjungenda sunt utriusque iudicia, aut differenda est causa filii, donec de matre constet: sicut Divus quoque Hadrianus decrevit: nam cum apud alium iudicem mater litigabat, apud alium autem filius: Augustus dixit, ante de matre constare oportere, sic deinde de filio cognosci.

Paulus l. 23. §. 2. ibid.

Ordinata liberali causa, liberi loco habetur is, qui de statu suo litigat: ita, ut adversus eum quoque, qui se dominum esse dicit, actiones ei non denegentur, quascunque intendere velit.

idem l. 24. pr. ibid.

Sed si quas actiones inferat dominus, quaeritur, an compellendus sit suscipere iudicium? Et plerique

Jurisprud. ~~M. et R.~~ Tomo II. p. 394.

Accusationes, quatenus in eum intenduntur dictae accusationes ut l. 30. ~~D. de liber.~~ ~~de falsis~~ D. et l. 18. D. ad Leg. Jul. de adult.

Actio itaque est jus persequendi quod sibi debetur l. 76. 146. D. V. O. actio generaliter accipitur l. 37. D. O. A. idem et persecutio l. 28. D. O. A.

Olim actiones omnes apud pedaneos judices proponebantur, cum Magistratus in causis ordinariis, in quibus erat prodita actio, judicare non possent, sed ageretur judices dare l. 2. C. pedan. jud.

Actiones in quibus agitur de statu praejudiciales dicuntur, sed cum causa status majores judices requirat l. 32. §. 7. D. de Recept. qui arbitr. et apud Magistratus agitetur, non apud pedaneos judices, videbatur dicendum, actiones dici non posse sed cognitiones. Sed actionis nomine et praejudicia continentur l. 37. D. obl. et act. Nonnunquam a Praetore compertores, seu selecti judices dabantur l. 7. §. 1. D. petit. hered. l. 8. §. pen. D. liberali causa. l. 30. D. eod. Praejudiciales actiones sunt quasi praelusio ad judicium l. 13. D. de Except.

Praejudiciales act. sunt tres §. 13. I. de act. sed eodem modo instituuntur ut actio-

Si servum quis alienum ab hostibus redemerit, et heredem eum cum libertate instituerit; magis puto fore eum liberum et necessarium heredem. Nam cum scribit ei libertatem vinculo pro resolvit: et in hoc solum reddit jure postliminii, at non iterum servus ejus fiat, cujus erat antequam caperetur (hoc enim satis iniquum est) sed ut pristino domino suam aestimationem omnimodo offerat: vel maneat obligatus donec pretium solvat - quod libertatis favore introductum est.

Ulp l. 71. D. Acquir. vel omitt. hered.

De statu suo dubitantes, vel errantes, testamentum facere non possunt, ut Divus Pius rescripsit.

Ulp l. 15. D. Qui test. (28. 1.)

(quam in pignorib. vindicandis) — atquin aliud in legatis et libertatibus dictum est: cum secundum eum, qui legitimam hereditatem vindicabat, sententia dicta est. Sed creditor non bene legatarius per omnia comparatur: cum legata quidem aliter valere non possunt, quam si testamentum ratum esse constaret: enimvero fieri potest, ut et pignus recte sit acceptum, nec tamen ab eo los bene institutus

l. 3. pr. D. de Pignoribus

‡ cf. l. 5. C. de ord. cognit. (VII. 19.)

Statuliber quoque dari hypothecae potest, licet conditione existente evanescat pignus.

Marcianus l. 13. pr. D. ibid.

— etiam heredes defuncti tam legatariis, quam libertatibus obnoxii sunt.

Scaevola l. 29. §. 2. D. de Pactis dotalib.

‡ de his cf. l. 1. C. Si mancip. ita ven. (IV. 56.)

Qui servus erat, cujus tamen status ignorabatur, testis adhibitus, jure testis adhibitus erat. §. 7. J. Testam. ord. l. 1. C. de Test.

Cujus status incertus est testari non potest l. 11. §. 1. D. Test. milit. l. 14. 15. D. 28. 1.

Si quis medio tempore statum amisit, testamentum non rumpebatur l. 12. pr. D. 28. 34. Just. II. 17.

Intermedium tempus non nocet, itaque et status certus manet Ulp. XXIII. §4-6. l. 8. §. 1. (an l. 1. §. 8?) B. poss. s. tab. l. 6. §. - 13. De Injusto. Exceptio fit de filio postliminio legis Cornel. §. 5. J. 2. m. test. permiss. l. 12. Qui test. Ulp. XXIII. §. 5.

Status hominis est conditio libertatis aut servitutis, et conditio libertatis, quae et status constituitur, vel libertinitatis, vel ingenuitatis. Causae autem status actiones praejudiciales sunt, quas secundum regulam generalem actor intendat in foro rei. Et reus esse in causis status qui ex libertate in servitutem, vel in libertatem ex servitute petitur, vel etiam adversus quem ex servitute in libertatem vel ex libertinitate in libertatem proclamatio fit; neque vero alius est locus quo agi possit status causa, neque notio est aliorum quam praesidum provinciae, vel procuratorum Caesaris, libertatis inter fiscum et privatos causa liberet et servitutis non ~~[illegible]~~ l. 2. ~~[illegible]~~

~~judicis [illegible] de statu def. vel in urbe Consulum l. 2. D. [illegible]~~ l. 4. Si ingenuus esse dicat. vel ~~[illegible]~~ ‡

Si ignorans statum Erotis, ut liberum duxisti, et dotem dedisti, isque postea servus esse indicatus: dotem ex peculio recipies, et si quid praeterea eum tibi debuisse apparuerit. Filii autem tui, ut ex libera nati, incerto tamen patre, spurii ingenui intelligentur ~~Papin. l. 2. § 1. C. de liberal.~~

Antoninus

l. 3. C. Solut. matr. cf. l. 44. §. 1. D. de judiciis quibus

Nemo delictis exuitur, quamvis capite minutus sit.

Ulp. 2. §. 3. D. Capit. min. cf. l. 7. §. 1. ibid.

Si libertate adempta, capitis deminutio secuta sit, nulli restitutioni adversus servum locus est: quia nec Praetoria jurisdictione ita servus obligatur, ut cum eo actio sit: sed utilis actio adversus dominum danda est, ut Julianus scribit: et nisi in solidum defendatur, permitti eundum nihil esse in bonis quae habuit mitti.

Paulus l. 7. §. 2. ibid.

Summa itaque de iure personarum divisio haec est: quod omnes homines aut liberi sunt, aut servi.

Gaius D. Statu hom.

Libertini sunt, qui ex justa servitute manumissi sunt.

idem lib. ibid. cf. Jo. Mercier Opinion I. 10.

Si iudex natum vel ali oportere pronunciaverit, dicendum est, de veritate quaerendum, filius sit, an non: neque enim alimentorum causa veritati facit praeiudicium.

Ulp. l. 10. ~~ibid~~ D. de his qui sui

Maxima capitis deminutio est, per quam et civitas et libertas amittitur: veluti cum incensus aliquis venierit, aut quod mulier alieno servo se iunxerit, denunciante domino, et ancilla

quibus privilegium fori nullum obiici posse l. 36. §. D. Judicum sollicitari licet (40. 5.) l. 4. D. d. ... ess. dic. ~~Exigit causa status majores judices l. ult. C. h. t. majores judices l. 32. §. 7. D. de Recept. (14. 4.)~~ adeo, ut nec pedaneis delegari possit, nec consilio compromissarii; qui et praesidum olim de statu cognitio non fuit l. 1. C. Ordin. jud. quod fit met let Plin. junior X. 77. cf. Observ. XV. 21.

Heres omnes obligationes defuncti in solidum l. 17. l. 59. de R. J.

Quapropter omnia debita hereditatis solvere debet l. 10. C. de jure delib. l. 8. D. Acquir. hered. l. 36. de bonis libertor. Quod tamen per beneficium inventarii Justin. mutavit l. ult. C. de jure delib. §. 6. J. Hered. qualit.

Neque facta testatoris ~~imp~~ rescindere potest l. 143. D. et l. 14. C. de Evict.

Omnes singulares success. obligationem tanquam ex contractu habent §. 4. J. de Obl. quae quasi ex contr. l. 5. §. 2. Obl. et act.

Idem de hoc qui hereditatem emit intelligendum est l. 2. §. 18. D. 18. 4. Et de hoc cui delata sed nondum acquisita hereditas l. 10. 4. 13. D. eod.

Hereditatis petitio et contra illum est, qui depositum, pignora, com. tenet l. 14. §. 2. l. 19. D. (5. 3.)

Heredes inter se petitionem hered. partialem habent l. 1. §. 2. D. si pars hered. petatur. Hoc veluti ex oblig. quasi ex contr. derivatur l. 1. pr. Famil. hercisc. §. 4. J. de obl. quae quasi ex contr. Ejus pars ... esse debet, qui in hoc judicio esse vult l. 32 ...

factis fuit ex S.C.to Claudiano

Ulp. XI. §. 11.

Quoties in actionibus aut in exceptionibus, ambigua oratio est, comodissimum est id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat, quam pereat.

Julianus l. 12. D. Reb. dub. f. l. 66. D. de Jud. etc.

Cum libertas lege adimatur, aut pro non data haberi debeat, aut certe perinde observari, ac si a testatore adempta esset.

l. un. D. adempt. lib. (Terent. Clem.)

Illud sciendum est, neque pupillum, neque Rempublicam, cum pro libertate iudicatur, in integrum restitui posse: sed appellationem esse necessariam: idque ita rescriptum est.

Macer l. 9. D. de appellat. et relat.

Servi appellare non possunt: sed domini eorum ad quem servo ferendam possunt uti auxilio appellationis: et alius domini nomine id facere potest. Si vero neque dominus, neque alius pro domino appellaverit: ipsi servo, qui sententiam tristem passus est, auxilium sibi implorare non denegamus.

Marcellus l. 15. D. ibid.

Imperatores Antoninus et Verus rescripserunt, appellationes, quae recto ad Principem factae sunt, omissis his ad quos debuerunt fieri ex imo ordine, ad Praesides remitti. Idem scripserunt, ab iudice, quem a Praeside provinciae quis acceperat, non recte Imperatorem appellatum esse: ideoque reverti eum ad Praesidem debere

l. 21. pr. §. 1. D. ibid. Papinianus Justus.

Ex consensu litigantium circa compromissum a

f. hercisc. Veniunt autem in hoc judicium heres que in hered. sunt, exceptis tamen aque caduca et ereptitia l. 4. §. 1. l. 30. f. hercisc.

Nomina ipso iure inter heredes divisa sunt l. 6. C. f. hercisc. l. 2. §. ult. l. 4. pr. h. t. (f. hercisc.)

Si ipse testator inter heredes divisit nullam evictionem alter heres erga alterum habet l. 10. C. l. 33. l. 29. §. ult. (fam. hercisc.)

Hereditas ex oppignorata, quamvis cum heredes inter se dispertientur obligata manet, ipse est tamen inter heredes dividi, attamen quisque illorum in solidum tenetur l. 1. C. si unus ex pluri. l. 2. eod. Singulari successione hereditas delata non omnibus oneribus delata intelligitur l. 20. de pignorib. l. 6. C. obl. et act. l. 11. 14. D. de distract.

Enim statum absolute vocat Ulpianus l. 1. §. 8. D. ad S. C. Tertull. Callistratus libertatem vocare videtur l. pen. §. ult. D. de Extr. cognit. vel caput l. 50. §. 3. D. de Poenl.

Doctrina de statu in specie a JCtis Romanis dispersita est. Primum enim de Jure Personarum loquuntur, deinde de statu, tertio de reliquis jure personarum.

Magni momenti est, causam status dignoscere facit enim jus inter omnes l. 25. D. de Stat. hom. l. 1. §. 16. l. 2. 3. pr. de Agnoscendis. Nec denuo in species potest ut in aliis l. 50. §. 1. de Leg. I. l. 3. pr. de pignorib.

Praeside provinciae iudice dato, victus potest provocare. — Cum Procurator Caesaris, qui partibus Praesidis non fungebatur, in lite privatorum iudicandi iudicium non habuisset, frustra provocatum ab ea sententia constitit, quae non tenebat.

Papinianus l. 23. D. ibid. pr. §. 1.

Plane si dubitetur, utrum liber an servus sit, vel fiunt status controversiam, videndum erit ob hoc interdicto, et agenda causa liberalis: etenim recte placuit, tunc demum hoc interdictum locum habere, quotiens quis pro certo liber est. Ceterum si quaeratur de statu, non oportet praejudicium fieri alienae cognitioni.

L. 3. Ulp. §. 7. D. [redacted] lib. exh.

In hoc interdicto [redacted] non admittat causam cur apud eum sit is, qui exhiberi debet, quemadmodum in superiore interdicto: sed omnimodo restituendum putavit, si in potestate est.

L. 1. §. 2. Ulp. D. de lib. exhib.

Itaque prius interdictum, quod est de liberis exhibendis, praeparatorium est huius interdicti: quo magis enim quis duci possit, exhibendus fuit.

ibid. l. 3. §. 2.

Julianus ait, quotiens id interdictum movetur de filio ducendo, vel cognitio: et is, de quo agitur, in pubes est, alias differri oportere rem in tempus pubertatis, alias repraesentari. Itaque ex persona eorum, inter quos controversia sit, et ex genere causae constituendum est. Nam si is, qui se patrem dicit, auctoritatis, prudentia

Ordo ~~semper~~ probat actionem l. 21. 19. pr. de probat. l. 2. ibid. l. 23. C. ibid. l. 10. C. de non numerat. pecun., quod si non probaverit, bis punitur. §. 4. J. de pubend. l. 9. §. pr. si usufr.

Omne subiectum quod iure praeditum est, in ~~iure~~ J. Cti Romani personam vocant. Itaque neque omnes homines personae sunt, neque omnes personae homines. Ipsa vero haec facultas quae aliquem ~~[illegible]~~ iuris participem facit status vocatur. Quae non id ipsi ait an aliquis ~~iura~~ habere possit, sed id solum, num illa exercendi facultatem habeat. Hinc doctrina de statu sive capitis, hinc deminutio capitis, sive mutatio status. In Republ. antiqua Romana ~~[illegible]~~ duo genera civium erant cives et peregrini, quibus postea Latini accesserunt, et quidem, ut ad tempora Justiniani hoc discrimen ~~civium~~ duraret.

Justinianeo tempore judex idem est, quod olim magistr. l. 1. C. de pact. pign.

Ad restitutionem in litem iurare non prohibetur. l. 68. Rei Vind. nec obstat l. 4. §. 2. et l. 5. §. 1. D. (12. 3.) quia hic de aliis rebus 6. p. res est.

In rebus non fungibilibus hoc observatur, ut ibi actio competat, ubi res sit. Nisi dolo debitoris quominus hic res praestaretur l. 38. de Jud. l. 47. §. 1. de Leg. I l. 22. Reb. Cred. l. 4.

7 Nam licet judicis officio arbiter fungi dicatur l. 13. §. 2. D. Receptis, attamen judex non est, ut supra diximus. Non potest enim arbiter sententiam adversus eos qui absfuerint dicere, quod in Judice secus acceptum est. l. 13. §. 3. C. Judiciis. Et Sententia arbitri non est similis sententiae judicis l. 2. D. Recept. l. 1. C. eod. Ex sententia judicis nascitur exceptio rei judicatae ex parte rei, ex parte actoris habet actionem. Ex sententia autem arbitri non datur exceptio rei judicatae, sed poena petit. Paul. Sent. V. 5. Arbiter itaque judex non est, licet judicem imitetur, non concessa ei a legibus notione, sed ex privato litigatorum consensu l. 1. C. Arbitr. quo nemo judex fieri potest l. 3. C. ~~[illegible]~~ Jurisdict.

I cf. Gerardus Noodt Coment. in lib. Dig. de Judiciis et ubi quisque in Operib. Tomo II. p. 182. ed. Col. Agripp. 1732.

7 l. 1. D. de Judiciis. Nam ubi acceptum est semel judicium ibi et finem accipere debet l. 30. D. de Judiciis. Cujacius ad Codicem Justin. III. 13. l. 7. 13. C. Episc. aud. Jam enim eo ipso quod temere arbitrium ut JCti dicunt receperit, condemnandus esse videtur l. 41. D. Recept. cum eo consilio arbitrum ~~[illegible]~~ seu judicem sibi ceperit, ut sententia ejus controversiis finem imponeret l. 13. §. 2. D. Recept.

vetat ut pro invito judicium ferre privati cujusquam, cujus sententiam partes agnoscere nolunt. Ne autem sententiam arbitri quem partes elegerint, sive is procurator Caesaris, sive homo privatus sit, cujusquam, id ~~jus~~ necredas, quod de arbitris in foro Romano receptum est vetat, quod sententiae ab arbitro latae litigantes audientes esse jubet. I Quod cum ita est, id quod Antoninus imperator rescripsit, clarum esse apparet, qui ait, sententiae judicis quem ~~partes~~ partes elegerint obnoxias esse debere 7. Nec obstat (l. 23. §. 1. D. Appell.) Papiniani responsum, cum ibi de re judicata agatur. Cum enim constat in foro Romano aliter ac in foro Atheniensium fuisse, ubi a sententiis arbitrorum provocare liceat, cum et publici juris essent, et perpetuo

inter partes litigantes ius di-
cerent, unde apparet a sententia
procuratoris, litibus dirimendis
a litigatoribus sumpti, provoca-
re non licuisse. Id quoque de
lege (3. C. Quis dat omn.) Diocle-
tiana et Maximiana intelligendum
est, quae dicit, judicium arbitra-
rium pro re judicata valere non
posse.

His expositis ad enumerandas Procuratorum
Caesarum regiminis partes accedamus.

De origine Procuratorum Caesarum etsi iam
sub Augusto appareant nihil in scripto-
ribus traditur. Equidem hinc ortos esse
putaverim, quod postea quam Imperii
Romani partes inter Caesarem et Sena-
tum divisae essent, necessarios sibi eius generis
homines Imperatores putarent, qui cau-
sas privatas eorum in provinciis
procurarent. Hinc ipsum nomen
procuratorum fluxit. Erant autem prae-
positi, ut ex iis quae supra posuimus
patet, privatis Caesarum rebus, ita quidem

---

sed iis cui rerum quamvis non omnium cura manda-
tur quis dat. non praeest. Qualiscunque itaque
procurator Caes. non est, praeses provinciae adea-
tur, qualis de fiscali causa agitur, qui negotium
praesente Rationali terminat (?) l. 9. D. Offic. Proc. Caes. vel Ration. (?)
De hoc procurat. Guth. § 712. sqq. Buss. Select. Antiqq.
III. 14. et Trebell. L. B. 1747. praecipue III. 20.

sive Rationalium, dum ab illis a rationa-
libus Servorum distinguas cf. Gutherius l. c.
§ 575. et § 695. sqq.

Dio Cass. lib. 53. Etsi iam captis Hierosolymis Pompe-
ius Procurat. Syriae constituerit, hic tamen in
Joseph. bell. Jud. II. 9. solum veniebant.
et procurat. Caes. sub Claud. prim. Gutherius § 693. sed
et Suet. Claud. 12. Tacit. Ann. XII. ...ius datas

Erant autem varii, prout causa procuratio-
nis exigebat, hinc Paulus l. 36. § 2. D. Ex quib.
caus. maj. Item Procurator Caesaris (in intelli-
gendum residui ...) non solum cui rerum provinciae
cuiusque procuratio mandata erit, sed et is, cui ve-
rum, quamvis non omnium? itaque plures ibi
procuratores diversorum Reipubl. causarum
abesse intelligantur. cf. Gutherius l. c. § 566. sqq.
et § 578. sqq. § 590. sqq. § 594. sqq. § 598. sqq.
§ 640. sqq.

ut nisi eas causas quae ad fiscum pertinerent dijudicare possent.† Neque has omnes. Nam si quaedam caussa diiudicanda erat, cujus altera pars rem privatam, altera vero fiscum spectaret, non poterant aliter de ea statuere, nisi coram Praeside et advocato fisci.† Hinc patet vera esse, quae supra posuimus, in privatorum fisci nisi arbitrorum vice, procuratores Caesaris agere non potuisse. Fuerunt nonnulli qui praesidum vice agebant, de quibus laudatus a nobis Rynkershoeck et Gutherius de Off. domus Augustae § 693. et 703. 199. ed. Lips. 1626. dissentit. Nobis vero de officio illorum haec posuisse satis est, quae ad explicandam constitutionem Severianam, sufficiant.

† Nam etsi quaecunque gessissent, sic ab comprobari tanquam a Caesare gesta essent l. 1. D. Off. proc. hoc tamen ad res fisci solum referri debet. Gutherius § 696. 199. Jacobus Hesperias. ‡. Quod Ulpian. dictum l. 8. ad Claudii S.C. referri debet de quo Tacit. Ann. XII. 60. licet nonnunquam auctoritas juris dicendi habere deberet l. 1. § 1. Off. proc. l. 13. D. Transact. Imo nonnunquam pro privatis habentur, cum illis et adversus ‡ fiscum agere prohibitum non sit l. 10. D. Postulando. nisi id de advocatis fisci intelligere malis l. 11 secund. Postul.

† de quo Gutherius l. c. § 411. videatur. Brissonius Select. Antiq. III. 21. ed. Trekell. L. B. 1728.

l.2. C. Ubi causa stat.

existimant, si in personam agat, sed ei per ipsum ad litis contestationem, sed sustinendum judicium, donec de libertate judicetur: nec videri praejudicium libertati fieri, aut voluntate domini in libertate eum morari; nam ordinato liberali judicio, interim pro libero habetur;

Idem ibid §.3.

Judex autem, qui de libertate cognoscit, etiam de rebus amotis, damnove magno facto cognoscere debet: l.41. Paulus §.1. ibid cf. l.42.

Pari modo si judicatum fuerit, non esse eum in potestate, etsi per injuriam judicatum sit: agenti hoc interdicto obiicienda erit exceptio rei judicatae: ne de hoc quaeratur, an sit in potestate, sed an sit judicatum.

l.1. §.4. D. de lib. Exhib. Ulp

Omnes Proconsules statim, quam Urbem egressi fuerint, habent jurisdictionem: sed non contentiosam, sed voluntariam: ut ecce, manumitti apud eos possunt tam liberi quam servi, et adoptiones fieri. Marcianus l.2. D. Officio Proconsul. Leg.

Post hoc ingressus provinciam mandare jurisdictionem Legato suo debet: Ulp l.4. §.6. ibid

Nec quicquam est in provincia, quod non per ipsum expediatur. Sane, si fiscalis pecuniaria causa sit, quae ad Procuratorem Principis respicit, melius fecerit, si abstineat. Idem l.9. pr. ibid

Praesidis nomen generale est: eoque et Proconsules, et Legati Caesaris, et omnes provincias regentes, licet Senatores sint, Praesides appellantur: procon-

nec in rem l.17. §. Probat. l.12. D. Except. l.7. §. ult. D. liberal. causa.

Datur quoque praejudicium ingenuitatis l.3. D. si libert. ingen. esse dic.

Minima capitis deminutio, capitis auctio potius vocanda. Goveanus Var. Lect. I. cap. 26.

Qui procurator Caesaris in provincia dicatur, in urbe praefectus aerarii nominabatur (?) l.13. D. Jure fisci. Goveanus de Jurisd. lib. II. § 17.

Si per errorem alius pro alio Praetor fuerit aditus, nihil valebit, quod actum est. Ulp l.15. D. Jurisdict.

Consensisse autem videntur, qui sciunt se non esse subjectos jurisdictioni ejus, et in eum consentiunt. etc. Idem (Ulp.) l.2. D. Judiciis.

l.1. D. manumiss. Vind. et l.14. D. Manumiss. non sibi contradicunt: neque correctione Accursiana qui negative in prima ~~lege~~ legi vult, opus est. Goveanus de Jurisd. I. § 42. ed. 1561. Accursio adstipulator.

bulis adpellatio specialis est.

Macer l. 1. Off. Praes. cf. l. 5. ibid cf. l. 20.
— eum (praesidem) aestimare debere, ipse cognoscere, an iudicem dare debeat. ibid

l. 8. ibid Julian. (??) cf. l. 9. ibid

Ex omnibus causis, de quibus vel Praefectus Urbi, vel Praefectus praetorio, itemque Consules, et Praetores, ceterique Romae cognoscunt, Correctorum et Praesidum provinciarum est notio.

l. 10. ibid Hermog. cf. l. 11. ibid. et l. 11. ibid

Quaecunque specialiter lege vel senatusconsulto vel constitutione Principum tribuuntur, mandata iurisdictione non transferuntur: quae vero iure Magistratus competunt, mandari possunt.

Papin. l. 1. D. Off. ejus cui mand. est iuris dict.

Mandata iurisdictione a Praeside, consilium non potest exercere is, cui mandatur.

Ulp. l. 2. pr. ibid.

Non fuit quidem competens iudex Procurator noster in lite privatorum: sed cum ipsi eum iudicem elegeritis, et is consentientibus adversariis sententiam tulerit, intelligitis, vos adquiescere debere rei ex consensu vestro iudicatae: cum et Procurator iudicandi potestatem inter certas habeat personas: et vos incongruum eum esse vobis iudicem scientes, tamen audientiam ejus elegistis. Quod et in aliis similibus iudicibus, tam in actionem proponentis, quam in exceptionem opponentis persona locum habebit. Antoninus l. 1. C. de jurisdict. omn.

Privatorum consensus judicem non facit eum, qui nulli praeest judicio: nec quod is statuit, rei judicatae continet auctoritatem.

Dioclet et Maximian l. 3. C. ibid

Principaliter de statu defuncti agi non potest. Si vero ex peculio quondam ejus, quem tu bona reliquisse commemoras res vindicentur, vel ejus filius moveatur status quaestio, haec omnia solemniter praesidiali notione decidi debent.

Diocl. et Maximian. l. 13. C. ibid

Judex ad certam rem datus, si de aliis pronunciavit, quam quod ad eam rem pertinet, nihil egit.

Alexander l. 1. C. Si a non competent:

adversus privatos in integrum restitutionem — desideratis, quod si adversus fiscum id postulatis, intelligitis, procuratorem meum una cum Praeside, praesente fisci patrono, adire vos debere.

Sever. et Anton. l. 2. C. Si adv. fisc.

Procuratori nostro non vice Praesidis agenti, dandi judices inter privatos non competere facultatem, manifestum est.

Gordian. l. 1. C. de Pedan. Jud.

~~[illegible] l. 6. C. [illegible]~~

Si status liberi super homine venundato mota quaestio est, solemnibus quae juris admittit ratio, in[...] positis: si secundum libertatem fuerit lata sententia, potes de evictione ejus — auctorem — convenire

Diocl. et Maxim. l. 18. C. de Evict.

[...] ita ordo quaestionis dirimendus videtur, ut in [...] quidem de statu Alexandri quaeratur —

idem l. 26. C. ad Leg. Jul. de adult.

Pedanei judices, humillimi judices, qui lites, vel judicium praeparant. cf. Cujacius ad l. 3. C. de Pedan. jud.

Perducere ad libertatem i. e. liberum efficere. l. 43. D. de Act. Empt. l. 5. C. Si mancip. fuerit.

Cujacius Paratitl. C. III. 13. ubi de foro competenti res est, ait: incompetentem judicem litis contestatione competentem fieri, et citat l. 1. D. de Jud. ubi Ulp. "Si se subiciant aliqui iurisdictioni, et consentiant inter consentientes cuiusvis iudicis, qui Tribunali praeest, vel aliam iurisdict. habet, est iurisdictio." Videat quoque l. 13. §. 4. ad S. C. Treb. et l. 28. D. Ad municip. "Inter convenientes, et de re maiori apud magistratus municipales agetur."

Sub christianis imperatoribus et apud Episcopum litigare concessum erat, ita tamen si consenserint partes, nam vetitum est invitum quenquam ad judicium antistitis trahere l. 7. 12. C. Episc. aud.

Cum procurator Caesaris, qui partibus Praesidis non fungebatur, in lite privatorum iudicandi iudicis non habuisset, frustra provocatum ab ea sententia credidit, quae non tenebat. Papin l. 23. §. 1. D. de appell.

Si quis iudex sit, arbitrium recipere eius rei, de qua iudex est, inve se compromitti iubere prohibetur lege Julia: et si, sententiam dixerit, non est danda poenae persecutio: Ulpian l. 9. §. 3. De Receptis

— si temere auditorium receperit, cf. l. 6. C. eod.

Callistrat l. 41. D. ibid (De Recept)

Recepisse autem arbitrium videtur, ut Pedius libro nono dicit, qui iudicis partes suscepit, finemque se sua sententia controversiis impositurum pollicetur.

Ulp l. 13. §. 2. ibid.

Praeterea de personis arbitrandum. Et quidem arbitrum cuiuscunque dignitatis coget, officio, quod susceperit, perfungi: etiam si sit Consularis: nisi forte sit in aliquo Magistratu positus, vel potestate, Consul forte, vel Praetor: quoniam in hoc imperium non habet

Ulp l. 3. §. 3. ibid. cf. l. 13. §. 4. D. d. C. Trebell.

Nam Magistratus superiores aut pari imperio nullo modo possunt cogi: nec interest, ante, an in ipso magistratu arbitrium susceperint: inferiores, possunt cogi.

Paulus l. 4. ibid

Jam dudum a nobis statutum est, ut si quae causae libertinitatis et servitutis in provinciis inter fiscum et privatos exorirentur, ad Rationalem vel magistrum rei privatae, hoc est, unde motae essent quaestiones, remitterentur: si quae vero ingenuitatis essent a rectore provinciae examinarentur.

Diocl. et Maximian l. 5. C. Ubi Causa stat.

Si pater tuus velut ingenuus vixit, nec status controversiam, quasi fuerit servus esset, apud Praesidem provinciae, qui super huiusmodi quaestionibus indica-

re solet, sed apud Procuratorem rei publicae non competentem judicem passus est, postque ejus mortem quinquennium effluxerit, status ejus ex praescriptione, quae ex Senatus consulto emanat, protectus est.

Diocl. et Maxim. l. 7. C. Ne de statu. cf. Cujacius Obs. I. 24. Quae habent Ἀρχαί τῆς πόλεως. cf. tamen l. 2. 5. Ubi causa stat. et l. 3. C. de decurionib.

Inter duos privatos invitos, seus inter fiscum et privatum, ut l. 5. C. eod. quod non placet: nam nec inter fiscum et privatum, ut l. 7. C. Ne de statu. Dic ergo quod in l. 5. C. Ubi causa stat. erat vice praesidis ut l. 1. C. Ped. jud. et l. 2. eod. (Ped. jud.). Vel tertio, si inter sit quaestio, quia quilibet ad se pertinere dicit, cognoscere potest; si inter fiscum et hominem privatum qui se liberum vel ingenuum asserit, tunc non potest, ut hic et l. 7. C. Ne de statu. Vel quarto distingue quae quaestio est status: ut siquidem ingenuitatis non possit, ut hic et l. 5. C. eod. (ubi caus.). Et quod haec sit causa libertatis, habes l. 4. C. Ord. cog. l. 7. C. Ne de statu. An alterius status, et tunc potest, ut pr. l. 5. C. Ubi causa st. et l. 2. §§. Ne de statu defunctor.

Glossa ad l. 2. C. Ubi causa stat.

Poenas publicas procurator Caes. exercere non potest l. 2. C. Poenis l. 3. C. Ubi causa fisci l. 4 D.

ad Leg. Fab. de Plag. Coll. XIV. Nam etsi vice praesidis fungatur extra causas fiscales progredi non potest l. 23. §. 1. D. appell. nam neque mulctam indicendae jus habet l. 2. C. Modo mult. cf. Josephus Scaliger Epist. lib. I. 12.

Curatores vel procurat. dicuntur cf. van Bynkershoek II. 20. 21.

Relegandi potestat. non habent, id enim solis praesidibus, et quibus specialiter imperium demandatum fuerit, competit l. 6. §. 1. D. de Interd. et Releg.

Procuratores Caesaris in provinciis teneri dicuntur l. 32. D. Ex quib. caus.

Praeses provinciae relegare potest, deportare non potest. Bynkershoek Obs. VI. 22.

Si quid a Procuratore meo judicatum est, id per in integrum restitutionem, Praesidis sententia non potest rescindi: Princeps enim solus contra sententiam Procuratorum suorum in integrum restituere potest.

Antoninus l. 1. C. Ubi et apud quem.

In disquisitione causarum Procurator Caesaris cum praeside cognoscebat Plin. Epist. X. 49.

procuratores nostros ut l. 2. C. quaeris meos

Compensatio debiti et pari specie, et causa dispari admittitur —

Paul. II. 5. §. 3.

Si per suppositam personam creditor pignus suum invito debitore comparaverit, emtio non videtur: et ideo, quandoque lui potest:

Paulus II. 13. §. 4.

Fundus ejus esse videtur, cujus pecunia comparatus est, non a quo pecunia numerata est: si tamen fundus comparatori sit traditus.

idem. ibid. §. 15.

pignoris etenim causam nec usucapione perimi placuit, quoniam quaestio pignoris ab intentione dominii separatur.

Papin. l. 1. §. 2. D. de Pign.

Cum praedium uxor viro donasset, idque praedium vir pignori dedisset, post divortium mulier possessionem praedii sui recuperavit: et idem praedium ob debitum viri pignori dedit; in ea duntaxat pecunia recte pignus a muliere contractum apparuit, quam offerre viro debuit, meliore praedio facto: scilicet, si majores sumtus, quam fructus fuissent, quos vir ex praedio cepit: etenim in ea quantitate proprium mulier negotium gessisse, non alienum suscepisse videtur.

ibid. §. 4.

Res hypothecae dari posse sciendum est pro quacunque obligatione: sive mutua pecunia datur, sive dos, sive emptio vel venditio contrahatur, vel etiam locatio et conductio, vel mandatum.

Marcianus l. 5. pr. ibid.

— inter ipsos autem (quibus simul res obligata erat) si quaestio moveatur, possidentis meliorem esse conditionem: — —

Ulpianus l. 10. pr. ibid. [14] l. 31. §. 6. Jure Dot.

Ea quidem tempora Justinianeam legislationem praecesserant, quibus artissimum vitae consortium vix pro locatione conductione quadam, nec ea perpetua, sed vix annota, haberi poterat. Hugo § 44.

Fatigatus feminarum viduarumque querelis, ita rem sibi conficere visus est Sacratissimus princeps, ut dotium privilegia cumulum augeret, et, nisi dos defecerit, aut certe divitiis defunctus conjux inopem superstitem longe superaverit, huic in illius bonis quartam sextamve partem tribuerit, (Nov. 53. c. 6. Nov. 117. c. 5.) solidum vero non nisi omnibus agnatis cognatisque deficientibus § 45.

In civium ordine res domestica feliciter procedere non potest, nisi arbitrio uxoris multa relinquantur; legis vero putat matronarum industriam excitari, et luxum reprimi, legibus ita latis, ut neque ex aucto mariti patrimonio praemium, nec ex imminuto dissipatore damnum, ad matrem familias redundet; imo vero ubique dotem hanc salvam habeat, quam pueler nihil omnino capiat. Aut arceantur a privato peculio mulieres, aut si hoc ferre nequit resp. tamen ita conjugatus res uxoria cum bonis mariti, ut hoc curando, simul illi prospiciat materfam. hoc negligendo, etiam dotis periculum subeat.

Et donatione non fiat Nro 363. § 45. l. 5. §. 13. lucrum ex re mariti feminis captare non est vetitum dum dos

Si is, qui bona R. p. jure administrat, mutuam pecuniam pro ea accipiat, potest rem ejus obligare

Marcian. l. 11. pr. ibid.

Etiam si creditor judicatum debitorem fecerit, hypotheca manet obligata, quia suas conditiones habet hypothecaria actio: id est, si soluta est pecunia, aut satisfactum est, quibus cessantibus tenet.

Marcian. l. 13. §. 4. ibid. et l. 14. §. 1. ibid. l. 19. ibid.

In vindicatione pignoris quaeritur, an rem, de qua actum est, possideat is, cum quo actum est. Nam si non possidet, nec dolo fecerit, quominus possideat, absolvi debet.

idem l. 16. §. 3. ibid.

Qui generaliter bona debitoris pignori accepit, eo potior est, cui postea praedium ex his bonis datur: quamvis ex ceteris pecuniam suam redigere possit.

Pap. l. 2. pr. D. Qui pot.

Si pignus specialiter Respublica acceperit, dicendum est, praeferri eam fisco debere, si postea fisco debitor obligatus est; quia et privatos praefertur.

l. 8. D. Qui pot.

A Titio mutuatus, pactus est cum illo, ut ei praedium suum pignori hypothecaeve esset: deinde mutuatus est pecuniam a Maevio, et pactus est cum eo, ut si Titio desierit praedium teneri, ei teneatur. tertius deinde aliquis dat mutuam pecuniam tibi, ut Titio solveres, et paciscatur tecum, ut idem praedium ei pignori hypothecaeve sit, et locum ejus subeat: num hic me-

‡ tacite hac condicio expressa videatur No. 343. 344.

~~‡ nam fiscus specialiter maritis est, si [illegible]~~

Mulier quae Pandectarum iure nullum pro dote privilegium habebat, nisi inter chirographarios ‡ cessante enim mariti [illegible] creditores, quorum privilegia non ex tempore aestimari solent sed ex causa, hodie ex Justiniani constitutionibus duplex privilegium habet, tacitae scilicet hypothecae et praelationis. l. un. C. de Rei Uxor. act. l. 12. C. qui potior. in pign. Novel. 97. ~~‡ [illegible] No. 330. ibi [illegible] Novel. 3. §. 5.~~

jus mariti Cfr. Nov. 6. l. un. §. 11. 13. C. de R. U. act. l. 21. fin. C. h. t.

In matrimonio omnia impensa vir facere debet, itaque bona uxoris ab his exempta sunt l. 56. §. 2. Jure dot. l. 20. §. 2. l. 46. ‡ tamen. nisi aliter convenerit. Attamen cum omnia quae ad sustentandum matrimonium necessaria esse videantur maritus sufferre debeat, necesse est, ut ex hac parte a viro adjuvaretur. hinc origo ~~[illegible]~~ dotis, quae a matrimonio non separanda ~~[illegible]~~ enim suam originem capit l. 32. §. 24. Donat. inter V. et U. dot autem non pacto nudo sed solemni dotis promiss. constitui debet.

Quid itaque dos sit quaeritur? Est autem dos quidquid ad sustentandum matrimonium datum est, licet a quocunque profectum sit l. 5. pr. §. 8. 11. D. h. t. Ulp. 11. §. 3.

Nimirum itaque si a primordiis Rei publicae tanquam necessaria ad matrimonium constituendum spectaretur, l. 2. 70. D. Jure dot. (h. t. 2) l. 1. Solut. matr. l. 83. M. J.

Hinc patet, nullam dotem esse, ubi matrimonium nullum subsistit l. 3. l. 39. §. 1. l. 67. l. 59. §. 1. Jure dot. §. 12. J. de nupt. l. 1. §. 3. 4. pro dote. Ita ut dote dotis ‡ l. 4. §. 2. Paulis

~~...~~ a matre dos non exigitur nisi necessit. cogente l. 19. §. 1. de Ritu nupt.
~~...~~ prior tertio potior est, qui paratus est, ut Filio soluta pecunia, impleatur condicio? et tertius de sua negligentia queri debeat? Sed tamen et hic tertius creditor secundo praeferendus est.

Marcianus l. 12. §. 8. D. ibid

(Ale tego jest z Merinszem wcale inny kontakt od pozostałych nastąpit ~~...~~ l. 2. ~~...~~ est nul ~~...~~

Si fundum pignori accepisti, antequam rei publicae obligaretur, sicut prior es tempore, ita potior es jure. l. 4. C. Qui pot. (Antoninus)

Cum tibi pro dote quam acceperat maritus, res obligavit: eo mortuo hi, quibus easdem pignori dederat non afferentes debitum, nulla possunt persequi ratione. Nam chirographarios creditores, nec in rem, nec in personam eos, qui debitori non probantur successisse, ulla ratione convenire posse, manifestum est. Diocl. et Maxim l. 10. C. ibid

— Nos — ad antiquas leges respeximus, in personalibus actionibus rei uxoriae actioni, quam in petenti sustulimus, magnam praerogativam praestantes, ut contra omnes pene personales actiones habeant privilegia, et creditores alios antecedant, licet fuerint anteriores. —— expellebant (mulieres): nec ad fragilitatem mulierum respicientes, nec quod, et corpore, et substantia, et omni vita sua maritis fungitur: —— Quis enim earum non misereatur propter obsequia quae maritis praestant, propter partus periculum et ipsam liberorum procreationem, pro quibus multa nostris legibus inventa sunt privilegia? Justinianus l. 12. pr. §. 1. C. ibid

Datur dos aut patri aut marito ejus l. 56. §. 1. de Jure Dot. In illa autem dotem maritus non solum jus Quirit. habet l. 75. D. Jure Dot. l. 9. §. 1. l. 7. §. 3. l. 8. D. ibid. l. 23. C. Jure Dot. l. 21. §. 4. ad municip. sed habet quoque in bonis l. 24. D. Amotar. l. 9. C. D. Vind. l. 38. Solut. Matr. l. 3. pr. fund. Dot. In Dote itaque plenum dominium est l. 1. §. 1. fundo Dotal. l. 62. aq. D. D. l. 3. C. J. f. dot. l. 58. Solut. Matr.

Quod vero fundum dotalem attinet hunc maritus alienare non potest pr. J. Quib. alien. l. un. §. 15. Rei Uxor. act. Paul. II. 21. B. §. 2. l. 13. §. 2. f. dot. ita quidem ut nec usucapi fundus dotalis possit l. 16. D. fundo dotali. Neque pignori dare fundo dotali l. 4. pr. J. Quib. alien.

Quid autem si alia bona uxoris vir pignori vel hypothecae dedisset, num et in hoc casu similis lex jura uxori sint, quaeritur? Et in omnibus casibus uxoris potiorem rem esse ita quidem, ut nisi fiscus, qui tributa excludere illam possit, manifesti juris est. l. 6. §. 1. de Jure fisci. l. 1. C. de propter publ. pensat. Quod postea in causa primipilaris datum est l. 3. C. de primipila. Pancirolus de Notitia dignit. c. 21. In omnibus vero aliis, uxorem primum locum

Volumus igitur secundum hoc, ut siquis domum renovasset, aut etiam agrum emisset, non possit talia privilegia mulieribus opponere: infirmitatem namque muliebris naturae satis novimus, et quia facile circumventiones fiunt adversus eas:

Nov. 97. c. 3.

Sancimus, siquis crediderit aurum occasione militiae, sive statutum fieri, vel pro aliis quibusdam talibus causis: et expressim hoc ipsum scribatur in instrumento: et in hoc fiat pactum, ut casu proveniente, prior sit et solus, qui ad hoc credidit: et huic soli casui cedere mulierem:

ibid. c. 4.

Dos aut datur, aut dicitur, aut promittitur.

Ulpian VI. §. 1. continens in l. 1. C. dotis promiss. l. 3. C. ibid. cf. et l. 6. C. ibid. cf. l. 6. C. Jure Dot. l. 7.

Dotem dicere potest mulier, quae nuptura est, et debitor mulieris, si jussu ejus dicat, institutus, parens mulieris virilis sexus, per virilem sexum cognatione junctus, velut pater, avus paternus. Dare, promittere dotem omnes possunt. id. §. 2. cf. l. 41. pr. D. de J. Dot. l. 19. D. Ritu nupt. l. 6. Collat. Bonor. vel Collat.

Dos aut profectitia, id est, quam pater mulieris dedit: aut adventitia, id est, ea, quae a quovis alio data est. id. §. 3. cf. l. 5. D. Jure D. l. 6. C. ibid.

Lege Julia de adulteriis cavetur, ne dotale praedium maritus invita uxore alienet.

Paulus II. 21. §. 2.

Dotis causa perpetua est: et cum voto ejus, qui dat, ita contrahitur, ut semper apud maritum

Fr. 1. 1. C. Jud. Conv.

obtineat explorati juris est. l. 29. C. de Jure dot. l. 12. §. 1. C. qui pot. Nov. 109. cap. 1. ita quidem, ut is solum uxorem excludat posteriori jure sancitum est, qui ad emendam militiam pecuniam dedisset Nov. 97. cap. 4.

Num et qui in conventa hypotheca? Dubitant recentiores. Sed nihil est quod dubitent, cum nisi supra dicti creditores uxorem excludant, adeo quidem ut neque heredibus uxoris, nisi sui heredes sint hoc jus competat, ut possit supra ~~ta~~ dictas hypothecarius creditores primum locum occupent. §. 29. J. de act. l. 12. §. 1. C. qui pot. Nov. 91. c. 1.

Cur dos non stipulatur? Equidem ideo dotem stipulatam non fuisse puto verum, quia in has eum putabatur ~~in~~ personas ~~tam~~ ~~arctius~~ matrimoniali amore junctas obligari. obligat. Studiis XI. §. 20. Gajus II. 9. §. 3. Ulp. VI. §. 1. 2. Hauo 34. 35. Launna 25. tempore Justiniani quaecunque promissio pro stipulat. valebat. l. 6. C. dotis promiss. l. 4. C. Theod. (III. 13.)

dit.
~~Ulp.~~ Paulus l. 1. D. Jur. Dot.

Rei publicae interest mulieres dotes salvas habere, propter quas nubere possunt.

Idem l. 2. ibid. cf. l. 1. D. Solut. matr.

— neque enim dos sine matrimonio esse potest: ubicunque igitur matrimonii nomen non est, nec dos est.

Ulpian l. 3. ibid. cf. l. 76. D. ibid. Tryphoninus.

Plane si rerum libellus marito detur, ut Romae vulgo fieri videmus: nam mulier res, quas solet in usu habere in domo mariti, neque in dotem dat, in libellum solet conferre, eumque libellum marito offerre, ut is subscribat, quasi res acceperit: et velut chirographum ejus uxor retinet, res, quae libello continentur, in domum ejus se intulisse:

Idem l. 9. § 3. ibid.

Plerumque interest viri, res non esse aestimatas, idcirco, ne periculum rerum ad eum pertineat: maxime, si animalia in dotem acceperit, vel vestem qua mulier utitur, eveniet enim si aestimata sint, et ea mulier adtriverit, ut nihilominus maritus aestimationem eorum praestet: quotiens igitur non aestimatae res in dotem dantur, et meliores, et deteriores mulieri fiunt. Idem l. 10. pr. ibid. cf. l. 42. D. Jure D. l. 51. D. ibid.

In rebus dotalibus virum praestare oportet tam dolum quam culpam: quia causa sua dotem accepit: sed etiam diligentiam praestabit, quam in suis rebus exhibet ‡ Omnem dilig. in reb. [illegible]

Paulus l. 17. pr. ibid. cf. Pomp. l. 18. D. Solut. matrimon. ‡ l. 24. § 5. D. Solut. matr. l. 66. pr. ibid.

‡ A. Paulus in l. 25. § 1. D. Soluto matr. ‡ Etiamsi alii iussu mariti dos detur, nihilominus maritus de dote obligatur Ulp. l. 19. ibid.

Quaenam autem causa sit, ut id jus uxori tribueretur, id forsan quaeres? Sed id iam supra monuimus, scilicet, ut ad novum matrimonium contrahendum dos suppeteret. Nam cum ~~heredes~~ alii heredes praeter suos uxori succedunt, iam illa dos pro vulgari donatione habetur. Dubitabant quidem recentiores, nec ipsi defendentes in particulari[?] pande dote illa cum novena admitti posse putaverunt, sed quam falsa illorum opinio esse, iam dudum alii ostendere. Monendum tamen privilegium hoc mulieris in donationes propter nuptias extendi non oportere cum nisi dotibus competat. l. 12. § 7. C. qui pot.

His itaque praemonitis constitutionem nostram facile intelligi posse putabamus; ex illa enim adparet, pignus uxoris potius esse pignore Reipublicae, cui maritus post contractum matrimonium dotemque acceptam obnoxius

Post nuptias pater non potest repetio eum causam filiae facere, quia nec reddi illi dos in vita filia potest.

Paulus l. 28. ibid

Si extraneus sit, qui dotem promisit, isque defectus sit facultatibus: imputabitur marito, cur eum non convenerit: maxime si ex necessitate, non ex voluntate dotem promiserat: nam si donavit, utcumque parcendum marito qui eum non praecipitavit ad solutionem qui donaverat: — — — recte itaque Sabinus disposuit, ut diceret, quod pater vel ipsa mulier promisit, viri periculo non esse: quod debitor id viri esse. — —

Ulpian. l. 33. D. ibid. cf. l. 43. §. 1. ibid.

Plane secutis nuptiis, mulier soluto matrimonio dotis exactionem habebit: nisi forte sibi accepto tulit extraneus, ut ipse, quoquo modo solutum fuerit matrimonium, condictionem habeat: tunc enim non habebit rei uxoriae actionem.

Ulp. 43. §. 1. ibid

Non solum si aestimatus fundus, sed etiam si non aestimatus in dotem datus est, et alius, cum necesse non habeat mulier dupltum promittere, promisit: quia ipse fundus est in dote, quidquid propter eum consecutus fuerit a muliere maritus, quandoque restituet mulieri de dote agenti.

Marc. l. 82. D. ibid

Res quae ex dotali pecunia comparatae sunt, dotales esse videntur

l. 54. Gaius ibid

statutum est. Rei publicae enim pignus detinens pignore uxoris est, ita quidem ut et pignore fisci praeter supra scriptos casus pignus uxoris potius habeatur (l. 22. §. 1. D. Jure fisci. l. 21. pr. qui pot. l. 8. eod. qui pt.) et potius pignore ejus, ex cujus ~~he~~ rebus aliquid in rem oppignorationem versum esset, licet huic prior tempore quod pignus uxoris fuisset. ~~I~~ Licet enim locus factum sit, ut ~~quoniam et se ejus ba~~ pignus priori acquisitum ~~pro~~ potius habendum esset, ~~quia~~ cum tamen debitor ad faciendam domum ab alio debitum contraxerit, eoque factum sit, ut pignus priori consilium melius tenere efficiatur, justum est ut prior creditor alteri qui pecuniam denuo commodaverit, cederet. ~~I~~ Uxoris tamen pignus, et hujus alterius pignore praevalet. l. 7. §. 1. l. 5. l. 6. pr. §. 1. 2. qui pot. l. 7. C. qui pot.

Ex his itaque apparet pignus uxoris detinens ~~pignore~~ fisci, melius vero pignore rei publicae esse. Nec obstat l. 26. D. de Jure fisci, nam

— quid enim, si aliter honeste nubere non possit, quam ut pecuniam in dotem det: itaque ei magis expediat?

l. 61. §. 1. Terent. Clem. D. ibid.

quid enim, si aliter honeste nubere non possit, quam ut pecuniam in dotem det (curator):

Terent. Clemens l. 61. §. 1. D. ibid.

Post divortium mulier, si de dote nihil cavit, et cum alio nupsisset, postea ad priorem virum redit: tacite dos eius redintegratur.

Javolenus l. 64. D. ibid.

— omnis dotis promissio futuri matrimonii tacitam ~~[illegible]~~ condicionem accipit.

Papinian. l. 68. D. ibid.

— inter modum constituendae dotis, et corpus ignotum differentia magna est: dotis enim quantitas pro modo facultatium patris et dignitate mariti constitui potest.

l. 69. §. 4. idem. ibid.

Si sponsa dotem dederit, nec nupserit, vel minor duodecim annis ut uxor habetur: exemplo dotis, condictioni, favoris ratione, privilegium, quod inter personales actiones vertitur, tribui placuit.

l. 74. Hermogen. ibid.

— quamvis apud maritum dominium sit (dotis) emolumenti potestatem esse creditur, cujus etiam matrimonii onera maritus sustinet.

Tryphonin. l. 75. ibid.

— dotis actione teneri debet maritus, qui, quando licuit usufructu uti, amisit eum non utendo:

Idem l. 78. §. 2. ibid.

Fundum, filiae nomine pater in dotem dederat: huius heredes filiae et [illegible] creditoribus urgentibus patris, utilius videtur potius fundum qui dotalis

Papinianus aperte docet potiorem fiscum esse in re postea adquisita, ita quidem, ut et in rebus coloni in [illegible] illatis tunc solum creditor potius pignus habeat quae post pignus contractum illatae sint l. 32. de Pignorib. l. 9. §. 2. qui pot. l. 11. pr. §. 2. qui pot. l. 16. §. 7. de Pignorib. l. 7. §. 1. qui pot. Sed quid est loco nostro proveniat. Hoc quoad literarum interpretandum est, nempe ita constitutum esse ut fiscus potior esset. Fiscus enim olim personale jus exigendi habuit, Constitutionibus vero Caesarum tacitam hypothecam accepit, itaque et in tacita hypotheca. Nec obstat ~~privileg~~ l. 2. C. de privileg. f. quae a Constantino data est, tunc enim dos ejusdem generis privilegio donata non erat. Neque l. 34. D. de Auctorit. Jud. obstat: nam cum ibi ~~nullius~~ conventa hypothecae mentio non fit, jus exigendi fisco quin competat, dubitari non potest.

Jus fisci interdum universa res publ. R. interdum bona principis significat l. 6. §. 1. Jure fisci. Et potior fiscus

est distrahere, quod minus fructuosus sit, et alius hereditarios uberiores reditus retinere: maritus contendit, si nulla in ea exceptio sit futura. Quaero, an ea pars dotis, quod in hoc fundo est, mulieri manente matrimonio recte solvatur? Respondit, si pretium creditori solvatur, recte solutum.

l. 85. Scaevola D. ibid.

Ancillae quidem pacta servanda sunt, ne ob res amotas vel donatas ageretur: quia altero pacto ad furandum mulieres invitantur: altero ius civile impugnatur.

Paulus l. 5. D. de pactis dotalib.

Pomponius ait, maritum non posse pacisci, ut dolum solummodo in dotem praestet: videlicet propter utilitatem nubentium.

Ulpianus l. 6. ibid.

Sed et per universitatem transit praedium, fundum quod possibile est, ad alterum: veluti ad heredem mariti: cum suo tamen iure, ut alienari non possit.

Paulus l. 1. §. 1. D. de fundo dotali.

– etsi ad fiscum pervenerit (fundus dotalis) nihilo minus venditio fundi impeditur: quamvis fiscus semper idoneus successor sit, et solvendo

Ulpian l. 2. §. 1. ibid

Lex Julia, quae de dotali praedio prospexit, ne id marito liceat obligare, aut alienare, plenius interpretanda est: ut etiam de sponso idem iuris sit, quod de marito.

Gaius l. 4. D. ibid

esse dicitur, non solum in debitis ob vectigalia, emphyteusin, vel tributa. l. 46. §. 3. Jure fisci. l. 1. 2. C. In quib. causis pign. maritus tacitum pignus habet ob dotem promissam in bonis promissoris l. un. C. Rei Uxor. act. l. 30. C. Jure dot.

Legatarius non solum in re sibi legata tacitum pignus habet, sed in omni hereditate l. 1. C. Com. de Legat.

Non solum autem uxori ius prioris hypothecae competit sed et suis heredibus mulieris; extraneis vero inter ceteros hypothecarios erunt. §. 29. Inst. de act. l. 12. §. 1. C. qui pot. Nov. 91. pr. c. 1.

Respublica non habet ius pignoris tacitum, itaque in 4to ordine in concursu est. l. 38. §. 6 h. t. (42. 5.)

Respublica id quoque dicitur, quod ad ~~com~~ comunem usum pertinet, flumen, etc.

Nro 345. ubi legendum in stipulat dotis Dotis repetit. Savign Syst. §. 27.

Perperam hic Azo trahit (ad l. 9. C. Jure dot.) l. 9. §. 1. D. Quib. mod pign. cum ibi de

Fres sit, ~~nec~~ qua re per se patet Reipubl. consentientes in oppignorat. Reipublicae † pignus potius esse.

Dotale praedium accipere debemus, tam urbanum quam rusticum: ad omne enim aedificium lex Julia pertinebit.

l. 13. pr. D. Ulpian de fundo dot. ibid. cf. §. 1.

Maritum in id quod facere potest, condemnari, exploratum est: sed hoc heredi non esse praestandum:

l. 12. Ulpianus D. Soluto matr.

Quia tale beneficium personale est, et cum persona extinguitur.

Paulus l. 13. ibid

— adversus ipsum maritum competere (dotis actionem), palam est: sive ipsi dos data sit, sive alii ex voluntate mariti, vel subjecto iuri ejus, vel non subjecto.

Ulpian. l. 22. §. 12. ibid

Si mulier in conditione mariti erraverit, putaveritque esse liberum, cum servus esset, concedi oportet quasi privilegium in bonis viri mulieri: videlicet ut, si sint et alii creditores, haec praeferatur circa de peculio actionem, et si forte domino aliquid debeat servus, non praeferatur mulier, nisi in his tantum rebus, quae vel in dote datae sunt, vel ex dote comparatae: quasi et hae dotales sint.

Idem l. §. 13. ibid

Si bona mulieris pro parte sint publicata, superest mulieri reliquae partis dotis exactio: plus puto, et si post litem contestatam publicata sit pro parte dos, sufficiet actionem judicis ad partis condemnationem faciendam. Quod si tota dos publicata sit, exspirabit judicium.

Idem l. 24. §. 7. ibid

Si marito publico judicio damnato pars aliqua bonorum ejus publicetur, fiscus creditoribus ejus

Marcianus ad l. 10. D. ad Municipal. ait similiter privilegium fisci nullam civitatem habere in bonis debitoris, nisi nominatim id a principe datum sit. Idem Antoninus Imperator l. 2. C. de jure Reip. Sane rempublicam Romanam habuisse jus pignoris, sicuti fiscum Principis id habere dixi, non dubito: tametsi olim saepius fiebat, ut populo expressim caveretur praedibus et praediis, ut antea etiam adnotavi. Ac Respublica quidem proprie dicitur ipsius urbis: cum civitates (aliae) loco privatorum (magis) habeantur l. 16. D. V. S. Itaque et de R. p. Romana recte accipitur, quod Paulus simpliciter ait l. penult. §. 1. D. de Reb. auct. jud. possid. — — Multis civitatibus singulari et speciali Principum beneficio tributum olim sunt jus pignoris, sicuti et privilegium exigendi, ut hoc privilegio praeferri possent omnibus chirographariis creditoribus, illo jure etiam in rem agerent. Plin. Epist. X. 109. Sed ne nihil in universum civitatibus tributum hic esse videatur, Constantinus civitatibus omnibus mutuam pecuniam credentibus concessit jus aliquod veluti medium inter jus pignoris et privilegium exigendi: propius tamen accedens ad jus pignoris, et exigendi privilegio majus. Statuit enim Constantinus ut si civitas mutuam pecuniam crediderit, et debitor solvendo esse desinat: debitoris

satisfacere necesse habet, inter quos uxor quoque est.

Julianus l. 31. pr. D. ibid.

Nulla lege prohibitum est, universa bona in dotem marito feminam dare.

Alexander l. 4. C. Jure dot.

Quotiens res aestimatae in dotem dantur: maritus dominium consecutus, summae velut pretii debitor efficitur. ———

idem l. 5. C. ibid.

Et cum lex Julia fundi dotalis Italici alienationem prohibebat fieri a marito non consentiente muliere, hypothecam autem nec si mulier consentiebat: interrogati sumus, si oporteat huiusmodi sanctionem non super Italicis tantummodo fundis, sed pro omnibus locum habere? Placet itaque nobis eandem observationem non tantum in Italicis fundis, sed etiam in provincialibus extendi.

l. un. C. §. 15. de Rei u. act.

licet enim Anastasiana lex de consentientibus mulieribus vel pro suis renuntiantibus loquatur: tamen eam intelligi oportet in rebus mariti, vel dotis quidem aestimatis, in quibus dominium et periculum mariti est.

ibid.

Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus praefertur.

Paulus l. 38. D. Reb. auct. jud. possid.

Cum rempubl. Heliopolitanorum praeposuerit.

Antoninus l. 3. C. Qui pot.

Si fundus pignori acceperis antequam etc.

idem l. 4. ibid. cf. l. 2. C. Jure Reip.

huius bona in alios jam translata, quodammodo teneantur, ut possessores saltem pro rata parte rerum, quas possident, conveniri possint l. 2. C. de debit. civit. Constantinus ait hoc casu res illas esse civitati obnoxias. Sed nemo existimet, plenam esse oppignorationem. Si verum pignus subesset, in solidum conveniretur partis quoque possessor. Sed quemadmodum illam dividi dixi, quae tacite tribuitur legatariis: sic et ista, quae civitatibus. Cumque hanc rursus restringat Constantinus ad causam pecuniae creditae, cuius et alioqui multa singularia praecepta esse dicuntur, non ausim hoc beneficium latius interpretando, alio producere atque protrahere.

Balduinus de Pignorib. et Hypoth. (in Heinec. J. Alt. et R. Tomo II. p. 272.)

Privilegiarii creditores praeferuntur hypothecariis ex re obligata l. 9. C. qui pot. in pign.

Hypothecaria actio est in rem et in personam l. 18. C. Pignorib. et hyp. l. 2. C. si unus ex pluribus heredib. l. 17. D. de pignorib. et hypoth.

Praeiudiciales actiones in rem esse videntur, quales sunt, per quas quaeritur, an aliquis liber, an libertus sit, vel de partu agnoscendo. Ex quibus fere una legitimam causam habet, per quam quaeritur, an

Respublica dicitur tantum Romana: aliis civitates loco privatorum habentur l. 16. D. V. S. l. 26. §. 9. D. Ex quib. causis major.

de Republica (civitate) Gaius l. 1. §. 1. D. quod cujusq. universitat. l. 2. D. eod. l. 4. D. eod. l. 8. §. 1. D. negot. gest. l. 26. D. neg. gest.

aliquis liber sit: cetero et ipsius Praetoris jurisdictione substantiam capiunt. §. 13. J. IV. 6.

107

Actiones praejud. aliqs sunt extraordinariae et ab actionibus in rem distinguuntur l. 37. O. A. l. t. D. Rei vind. magis tamen ad actiones in rem accedunt, tum quod judex ita fere pronunciabat ut in actio nibus in rem l. 14. D. Adopt. tum, quod servus, dum ad libertatem proclamabat, in possess. libert. constituebatur. Magis quoque in rem sunt quam in personam: quia causa bonorum simul est implicita l. 17. C. de lib. causa.

Satis notum est, et ratione constitutum, bona earum in dotem data, quae nupta sunt his qui primi pili sarcinam subeunt, obnoxia necessitati ejus teneri, verum certo ordine, ut scilicet tunc demum ad hoc periculum mulieris patrimonium respiciat, si universis viri ac nominatorum facultatibus exhaustis nihil residuum inveniatur

Cardus Carinus et Numerianus l. 4. C. in quib. causis. ex l. 3. C. Primipilo. l. 4. eod.

Mulier et fiscus paribus passibus ambulant, jus utriusque aestimatur ex tempore. Mulier anterior, in dote persequenda praefertur fisco posteriori (l. 9. C. h. t. Jure dot.); Et fiscus anterior, potior est muliere posteriore l. 2. C. priv. fisc. Ideoque Basilica (quanquam vetustatis magna sit auctoritas) non recte videntur

hanc legem 9. C. Jure dot. ita extulisse: ὁμολόγηται, τὴν προῖκα προτιμοτέραν εἶναι τῶν τῇ πόλει κεχρεωστημένων. Sed jure novo, ex Justiniani constitutione mulier posterior, in repetenda dote praefertur fisco, licet is prior contraxerit l. 12. C. Qui pot. in pign. per quam correcta est l. 2. ~~[illegible]~~ C. tit. Jure dot. Don. 27. com. 15. Gudelin 4. de jure noviss. 18. Adde quae posui ad tit. D. Qui pot. — n. 14.

Wissenbach ad l. 9. C. J. dot.

Fisci, fiscina, fiscella, sportea sunt utensilia ad majoris summae pecunias capiendas: unde quia major est summa pecuniae publicae quam privatae ut pro censu privato loculos et arcam dicimus, sic pro publico thesauro aerarii dicitur fiscus. Fiscus enim pecunia publica est, ex quo confiscare dici solet. Asconius in Verrem II. (Guther. l. c. p. 672.)

Fiscales ergo res non tam in Principis, quam in Principatus patrimonio sunt, quae ad suam dignitatem tuendam Principi quasi usufructuarius nomine tribuuntur. (~~Hotto~~ Hottoman. Quaest. illustr. I. 1. (Guther. l. c. p. 673.)

— res — fiscales quasi propriae et privatae principis sunt; igitur si quis in his aliquid faciat, nequaquam — interdictum (ne quid in loco publ.) locum habebit.

Ulp. l. 2. §. 4. D. Ne quid in loc. publ. Cujac. Observ. XXI. 11.

Fiscus etiam pro tributis aliisque debitis. Guther.

l. 9. C. de Jure Dotium

Dotis lucri potiorem causam magis esse convenit, quam Reipublicae, cui postea idem maritus obnoxius factus est. PP. C. Id. Jan. Decio A. I. et Grato Coss. 251.

Jure Romano tam antiquo quam recentiori receptum erat, ut omnia onera matrimonii vir subiret, ita quidem ut bona ~~vel~~ mulieris ~~bona vel ipsi marito~~ per separationem a rebus mariti haberentur ~~separarentur nisi aliter convenisset, separarentur~~ l. 56. §. 2. Jure dot. l. 20. §. 2. l. 46. D. famil. hercisc. Cum tamen matrimonium individuae vitae consortium esset, omniaque ~~maximaque~~ onera matrimonii vir subire deberet, necesse erat ut in sustentandis ~~oneribus~~ illis uxor virum adjuvaret. Hinc dos originem cepit, ad constituendum matrimonium necessaria, nec ab illo separanda l. 32. §. 24. de Donat. inter v. et ux. Quicquid itaque ad sustentandum matrimonium sive ab ipsa uxore sive ab eo in cujus potestate, sive denique ab extraneo datum est ~~erat~~ id, dos vocatur l. 5. pr. §. 4. 11. D. h. t. Ulp. VI. §. 3. Ubi itaque ~~enim~~ nullum ~~nullum~~ matrimonium est ~~erat~~, nulla

neque

~~dari~~ dos ~~esse~~ ulla est ~~putant~~ | l. 3. l. 39. §. 1. D. Jure dot. ~~l. 67. l. 69.~~ ~~§. 1. D. Jure dot. §. 12. J. de nupt. l. 1. §. 3. 4. Rei dote~~, neque ullum matrimonium ~~cultum~~ ubi dos nulla. l. ~~2.~~ 70. ~~D. Jure dot.~~ ~~l. 1. Solut. matr.~~ l. 85. ~~R. J.~~

Constituebatur autem dos ~~formula~~ solemni, quam Ulp. VI. 1. 2. dotis dictionem appellavere, quae dotis dictio vocabatur, neque tamen ~~stipulabatur~~ ~~quod ideo fiebat~~ ~~id autem ideo, quod Jube~~ ~~nefarium esse putabant~~ enim esse putabatur ~~personas matrimoniali amore junctas stricti obligationibus obligare~~ ~~Ulp. VI. §. 1. 2. VI. §. 20.~~ ~~Gaius II. 9. &c.~~ Cicero pro Flacco 34. 35. pro Caecina 25. ~~Quod postea ab Justiniano mutatum~~ ita est, ~~ut~~, ~~ut quamque dotis promissio pro stipulatione habetur~~ l. 6. C. dotis promiss. l. 4. C. Theod. III. 13.

[Margin:] nam dos nisi ab extraneo ~~dos~~ promissa ~~esset~~ esset (Gaius II. 9. §. 2.) stipulabatur. Congruentius ~~enim~~ visum est ~~honestius~~ enim ~~videbatur~~ ~~mutuo~~ maritum uxori amore, quam stricti obligationibus adjungi. ~~S~~ Gratissimo tamen principi, in hac re aliquid innovare placuit. Omnem itaque promissionem rationem dotis initam, stipulationis vigore ~~[illegible]~~ praeditam esse debere, ~~[illegible]~~ constitutum ab illo fuisse, legimus

Dotem autem ~~Ita~~ acceptam ~~dotem~~ ~~maritus~~ non solum in dominio ~~habebat~~ ex Jure Quiritium l. 75. D. Jure Dot. l. 9. §. 1. l. 7. §. 3. l. 8. D. ibid. l. 23. C. Jure Dot. verum etiam maritus in bonis habebat ~~l. 24. Rer. amotar. l. 9. C. R. Vind.~~ l. 58. Sol. matr. ~~l. 2. pr. fundo dotali~~ Ita quidem ~~esset enim~~ ut ~~dos~~ pars ~~pars~~ dominii ejus esset ~~mariti~~; l. 1. §. 1. fundo dotal. ~~l. 62. Acq. R. D.~~ ~~l. 3. C. fundo dot.~~ ~~l. 58. Solut. matr.~~ Licet id ~~nonnulli~~ recentiores

† vid. Gerard. Noodt in Com. ad tit. Dig. de Jure dot. p 388. Oper. Col. Agripp. 1732. Tomo I.

legibus nonnullis male intellectis neg~~ant~~ent. †
Nam etsi Tryphoninus in l. 75. D. Jure
Dot, et alii ~~et~~ l. 33. D. ibid l. 7. de Pact.
dotalib. ~~l. 3. §. 3. de minorib.~~, mulieris do-
tem esse dicant, ~~ita~~ tamen id intelligi debe~~nt~~t, ut
vere mulieris sit, cum nullam haberet si
matrimonium non ~~illa~~ contraxisset quippe
in potestate patris constituta ~~[illegible]~~
nihil in bonis habere posset. Etsi itaque
mulieris facti potius quam juris dos
est, ~~illius tamen est~~ ad illam tamen pertinet l. 21. §. 4. ad Muni-
cipalem l. 30. C. Jure dot. quam dissoluto
matrimonio integram acceptura est ~~sit~~
Ulp. VI. §. 6. l. un. §. 11. C. R. U. act. l. 31.
pr. C. h. t. (Jure dot)

Quod cum ita sit, iam id adparet, cur
~~marito~~ ~~ut~~ dotem uxoris suae, ~~excepto~~
~~fundo~~ dotali, hypothecae dari aut op-
pignorari marito liceat. † ~~fundus enim~~
~~dotalis~~ neque usucapi, neque a mari-
to alienari aut pignori dari potest, le-
gibus id vetantibus pr. J. Quib. alien.
l. un. §. 15. R. Ux. act. Paul. II. 21. B. §. 2.
l. 13. §. 2. de fundo dotal. l. 4. eod. Quod
ideo cautum est, ut matrimonio dissoluto
uxori esset, unde dote data novum ma-
trimonium inire posset. † Quapropter non
solum leges supra laudata de dote ~~uxoris~~

† nisi fundum dotalem exci-piat, qui

† favent enim leges mulieribus ob has causas l. 1. §. 1. D. de dote praeleg.

† de Lauter hypoth. dubitat Azo ad l. 12. C. Qua res pign.

† Victruvius de Re Militari II. 8. scribit, eum tanquam caput, consentum esse totius legionis merita et praemia. Meminit et Papin. l. 23. D. adimend. leg. comodorum ex ratione primipili. Causa haec primipilaris id singularis habet, ut ex ea filii teneantur, etsi heredes non sint patris sui primipili l. 4. C. de primipilo.

mulieribus servandis cautum est, verum id quoque ~~etiam~~ ut ~~et~~ pignori ceterae res ejus ~~in~~ pignori vel hypothecae† datae potiores ceteris creditoribus essent, nisi fiscum exciperes l. 6. §. 1. de Jure fisci, qui ob tributa ~~et~~ primipilarem causam uxoris hypothecam praeveniret l. 1. C. si propter publ. pensitat. l. 3. C. de Primipilo. Panciroluss de Notitia dignit. c. 21.† ~~Tum~~ Novella Justinianea constitutio accessit (97. cap. 3) qua cautum est, ut ejus pignus uxoris potius esset, qui ad emendam militiam viro pecuniam crederet, ~~in~~ omnibus vero aliis ~~uxo~~ uxor praeveniret l. 29. C. de Jure dot. l. 12. §. 1. C. qui pot. Nov. 109. cap. 1. ita quidem ut idem jus et heredibus uxoris competeret, dummodo ~~hi~~ illi non extranei heredes ~~sunt~~ essent. §. 29. J. de Act. l. 12. §. 1. C. supra laud. et merito; nam dos ad ~~suos~~ extraneos heredes ab uxore translata ~~in~~ suam naturam iam non retinere videtur, ~~et~~ donationisque potius naturam induit.

Priusquam constitutionis nostrae illustrationem absolvamus, praemonendum est

~~est, privilegium hoc ~~uxori~~ ~~datum~~ in donationes propter nuptias a viro uxori datum extendi non debere, id enim l. 12. §. 2. C. qui pot. decidum est. Cujus rei causam supra exposuimus.~~ ‡ Nec minus commemorandum nonnullos fuisse qui in omnibus rebus fiscum uxoris pignus praeveniri putarent; id autem ob l. 28. ~~in~~. D. Jure fisci. Quorum errores ut confutaremus olim nobis ‡ Ill. Unterholzner fecit, ostendit enim nisi ob supra scripta debita uxoriae pignori potiorem non esse; cujus opinionem l. 3. §. 1. l. 5. l. 6. pr. §. 1. 2. qui pot. l. 7. C. qui pot. Nec minus l. 21. pr. ~~eod.~~ et l. 8. eod. ~~af~~ confirmant

~~Nunc autem~~ Quaestio ~~nunc~~ oritur, an ‡ ~~num potior~~ ~~causa ‡ dotis, Rei publicae sit, cui postea navibus obnoxius factus est~~, ~~sed~~ ~~hanc~~ ne longa disputatione disquireremus, ipse Imperator decius voluit, ‡ ~~qui, dotem mulieris potiorem esse quam Reipublicae cui navibus postea obnoxius factus est, ‡ sit, edixit.~~ Quod cum ita sit, facile hic in explicanda ~~tulisse~~ possimus, nisi ~~quaestio a nobis mota~~

‡ ~~Neque enim ad sustentandum matrimonium datae sunt, nec aliquid commune dos uxoris cum illis habet Gell. XVII. 6. l. 9. §. 3. Jure dot. l. 31. §. 1. Donat. l. 8. C. Pact. Conv. ~~nisi viro~~ Quod si illas viro crediderit, conditione res suas petat. Justinianus tamen et ob hanc rem privilegium uxori tribuit l. 11. C. Pact. Conv. Savign. §. 10.~~

‡ Cujacius Paratitlon Cod. ad h. t. et

~~Hic patet, et Rempublicam~~,

‡ causa dotis, potior causa Rei publicae sit cui navibus postea obnoxius factus est? Sed quaestionem hanc

‡ et ipsa verba id indicant, cum diserte de re publica cui postea navibus obnoxius factus sit, in lege nostra dicatur.

‡ constitutione nostra

et hanc quaestionem, si quid factum esset, si
prius quam dotem vir acceperit, Rei publicae
obnoxius factus fuisset, solvere deberemus
esset, quid si ~~pr~~ priusquam Rei publi-
cae obnoxius factus est, matrimonium
contraxit, et dotem matrimonii su-
stendandi causa accepit? Sed prius
quam ~~qua~~ hanc quaestionem sol-
vamus, explicandum est, quid hoc
tempore, quo constitutionem nostram
Imperator Divus vulgaverit, Res
publica significaret?

A principibus re publica occupata
omnem formam rei publicae Romanae
antiquae extinctam fuisse, inter omnes
constat. Sed brevi postea, ad instar
Reipublicae illius, aliae in orbe Roma-
no exortae sunt, quae etsi nomine
tantum antiquam rem publicam
Romanam imitarentur, attamen
nonnullae leges tributae illis sunt,
adeo quidem, ut licet universo
orbi terrarum, senatui et prin-
cipi serviret, in illis tole-
raverat, et privilegiis nonnullis

pro municipiis honorari. Inter quae non in ultimo loco ponere, quod civitatibus pro Rebus publicis ob pecuniam ~~[illegible]~~, creditam datam erant. Statuerunt enim principes privilegia tacita in bonis debitoris quadruplo esse, ita quidem ut praeter caeteros privilegia fisci et uxoris dotem sibi ob ~~et~~ caetera debita sua, post illum vero Reipublicae creditores sequerentur.

His ita expositis quaestio oritur, num dos uxoris in dominio mariti constituta ~~prius~~ prius quam dotem acceperit, Reipublicae + obnoxius factus est, Reipublicae debito praeferri debeat, ~~si prius quam dotem acceperit, Reipublicae obnoxius factus esset~~

Sed nobis adsit maritimis obstitit Moesterius qui etsi Paulus l. 38 §. 1. D. Reb. auct. jud. poss. id extimatus, nostram opinionem

reiciat, sed quam inepte his ar-
gumentis contra nostram et
aliorum opinionem quos nota
97. l.c. § 495. II. illas ulas
lit, quis non videt. Nam etsi ad
opinionem nonnullorum provocaverit,
hae tamen sententiae nostrae non dero-
gant, immo si recte illas observaveris
nobis adstipulari apparebit ut nota 1.
§ 497. l.c. Quis enim absur-
dam opinionem Meisteri esse
non cognoverit, qui postponendam
esse dotem uxoris affirmat, cum
haec nec fisco, nisi ob causas
supra a nobis citatas in jure
Civili postponatur? Recte itaque
Imperator noster constituit, qui
dotem uxoris pignore Reipublicae
cui postea maritus obnoxius fa-
ctus est potiorem esse [illegible],
cum etiamsi prius obnoxius fa-
ctus esset, dos mulieris praefertur.

l. 4. C. de Jure deliberandi. (VI. 30.)

Filio familias delata hereditate, si pater pro herede voluntate filii gessit, solemnitati juris satisfactum videri, saepe rescriptum est. PP. X. Kal. Mart. Decio A. et Grato Conss. 251.

Lege Regia

~~Moribus~~, vel ut cum recentioribus loquamur, moribus in re publica Romana introductum ~~fuit~~, ut filii familias licet liberi essent, sub eadem potestate ac servi viverent. Quidquid itaque adquirebant, id non sibi sed patri familias cujus potestati subditi erant, ab illis adquirebatur.† ~~Postquam~~ sed posteaquam sub unius dominationem res publica Romana venit, summum id patriae potestatis in primum magis magisque diminutum†, denique abolitum est, adeo ~~cum~~ ut nisi reverentiam parentibus ~~a~~ filii praestare cogerentur. Hanc diminutionem juris ~~tum~~ iam sub Augusto patria potestas passa est, cum praecipue cum filiis familias qui stipendia faciebant,† ~~pecul~~ in bonis administrandis quae occasione belli ~~sibi~~ sibi parassent, peculiare jus a principalibus imperatoribus tributum esset.‡ Quod postea adeo extensum est, ut et in illis rebus quas sibi filii vel industria paraverint, ‡ vel a personis sibi junctis acquisiverint,† nisi liberam administrationem ~~pater familias haberet~~. et usumfructum pater familias haberet, dominium vero ejus rei penes filium esset. exceptis illis rebus, quae vel a patre profectae fuissent ...

---

† l. 79. D. Acquir. v. omitt. hered. nisi alio modo ab eo qui f. f. commodum aliquod pervenire ~~f~~ volebat cautum esset l. 46. D. Hered. Institutiend.

† l. 1. §. 2. l. 2. D. de his qui sui vel

† l. 1. pr. D. Testam. militis.

‡ l. ult. C. de Inoff. Test. l. 24. 50/ C. de Ep. et Cler.

‡ ut hereditatem, quae acquiri non posset nisi cui delata et acquisita erat. In gratiam suorum heredum delatio et acquisitio pro uno habebatur, extraneus autem nisi voluntatem suam indicaret, non adquirebat.

† vel contemplatione patris filio donata essent; haec enim in solutum patris plenissima sunt, ita quidem, ut filio pro arbitrio patris adimi possint, et patre mortuo tanquam cetera bona ~~b~~ patris in hereditatem

referantur, et inter fratres dividantur. l. 5. de Jure Dot. l. 2. §. 1. D. Solut. matr. l. 6. D. Collat. Dot. l. 4. C. fam. herisc. l. 4. C. Collat. de his bonis (peculi quasi castr.) testari poterant. l. ult. C. de Inoffic. Test.

~~Quaestio nunc oritur~~
~~Quod cum ita sese habeat, quaeri potest, qu haud inutilis quaestio proponitur, an filius ad rem adquirendam, quae ab extraneis illi oblata est, et in quo consentiat pater adquirendam, filius a patre cogi possit. quaestio alterius~~ Nec minus ~~magis dirimendi illa quaestio erit~~ ~~juste quaeres~~, an ipse pater rem filio delatam ~~juste adquirere potest, cum sub legitimus~~ ~~filii sit~~ sive eo consentiente sive dissentiente, jure adquirere ~~potest~~; ~~denique est haec denique haec~~ ~~quaestio~~, ~~hoc examen~~ non inutiliter sub examen vocaveris ~~a nobis vocabitur~~, num ipse filius patre insciente vel non probante illam adquirere possit. * Licet prima et tertia ~~quaestio~~ in constitutione proposita non ~~decidi et~~ tractetur, necesse tamen est ~~qui tamen~~ ad intelligendam ~~eam~~ supra scriptam legem ~~necesse utramque~~ ~~nobis~~ ad rectam cognitionem supra simplicis legis utriusque ~~quaestionis a nobis examinet~~ examines.

Observandum in primis est, patri familias etiam ignoranti per ~~servos~~, servum vel f. f. ~~adquiri~~ omnes res adquiri. * l. 10. pr. l. 32. ~~ibi~~ D. Adquir. Rer. Dom. ubi Gaius: "Etiam invitis nobis per servos adquiritur paene ex omnibus causis." Quid autem verbum paene sibi velit, l. 10. §. 1. D. Adquir. R. D. indicat, in qua scriptum est heredi-

~~* puta filium hereditatem sibi oblatam adire nolle et hinc eam patrem in defectu filii hereditate filio delata patri acquiri~~

* Quarum quaestionem

* §. 4. J. Per quas pers. nobis adquir. ~~Ulp. XX. 14. 10.~~

* Non enim omnis qui testamenti factionem habet et hereditatis acquisitionem habet. Caelibes enim ~~juris~~ * test. factionem habent, sed acquisitionem non habent. Idem de servo qui acquisit. habet ~~fact.~~ non habet. Idem f. f. hoc ideo quia test. factio pro basi testamenti per chirographis habebatur. l. 49. §. 1. D. de hered. instituend. §. 4. J. hered. qualit. testamentum sibi facere potest, quae commercium habet l. 3. D. qui test. Ulp. XX. §. 16. Paulus III. 4. A. §. 9.

⁊ Praeter hereditatem enim quae peculio adventicio ⁊ fit dicto adnumeratur, sive illa a matre, ⁊ l. 1. C. de bon. matern. sive ab avo materno l. 2. eod. proveniat, omnia ~~de~~ cetera bona ⁊ peculio pe- fectitio adnumeranda sunt. Quaeri autem potest

⁊ quae filius non ex bonis patris sui, vel avi, vel proavi in potestate cuius est datus, aliquid sibi acquisiverit, sed ab aliis quibuscunque causis, quae ex liberalitate fortunae vel laboribus suis ad eum perveniant. (l. 6. C. de bonis quae lib. Justinian. ⁊ § . 3. Inst. II. 9. de Hered. qual. et diff.

⁊ Neque inde sequitur, ut quando servo hereditas delata sit, is suo arbitrio repudiare illam possit. Nam licet is repudiare possit, qui adquirere potest (l. 18. D. Acquir. hered.) neminem tamen nisi suam bonorum possessionem repudiare posse constat (l. 1. § 1. D. Success. Edict.). Cum enim certi juris sit filiumfamilias sine patre repudiando nihil agere ⁊ ~~quo pater sine filii consensu~~ et utroque tantum repudiare posse l. 13. § ult. l. 14. D. Acquir. hered, ~~id~~ eo magis credendum est, servum ~~ipse~~ hereditatem sibi delatam repudiare non posse.

nihil esse videatur si

⁊ adeo quidem, ut ~~licet~~ filius, prius quam ~~jussu~~ a patre juberetur hereditatem acquisiverit, ~~postea~~ l. 25. D. Acquir. hered. At sufficit quocunque modo voluntatem suam pater declaraverit l. 93. D. Acquir. hered. Idem de tutore et pupillo, uterque sine consensu alterius repudiare non potest. l. 1. § 4. D. 38. 9. Success. Ed.

⁊ cf. praeter Forcellini Lexicon h. v. Cicero de Oratore I. Asconius Pedianus in Verr. III.

113

Item nisi ~~Liberi~~ Liberis nobis adquiri posse, cuius causa v. l. 32. D. Mandati ~~⁊~~ l. 7. ~~§~~ et l. 6. § 2. et 8. D. ~~⁊~~ Acquir. hered. scilicet ne inviti aere alieno obligaremur. ⁊ ~~Illam~~ ~~Sed~~ hereditatem illam servus vel fil. f. adire si nolit, num ad hoc cogi a patre ~~possit~~ potest, ~~quaeritur~~. Evidentissimi juris est, rem quae nobis a servo non adquiritur nos ~~nobis~~ amittere ~~⁊ quid autem cum servus~~ ~~ad eam~~ ~~Itaque~~ Sequitur itaque ut hi, quos in potestate habemus, ad parandas res illas nobis, cogantur. cum aliter fieri posset, ut commodum ex hac re nobis futurum, prorsus amitteremus. Sed jure civili receptum est, "animo solum nos hereditati obstringi" l. 21. D. Acquir. hered. l. 65. ad S.C. Trebell. ulp. XXII. § 29. l. 30. § 7. D. acquir. hered. ~~cum pro herede gerere~~ magis sit animi quam facti ⁊ l. 20. pr. D. Adquir. hered. Praeterea notum est, neminem hereditatem adquirere posse, nisi cui hereditas delata sit l. 7. § 1. Acquir. hered. (l. 21. § 1. D. De Vulgari ~~et~~ pup. subst.) ~~Neque~~ tamen ~~cogi~~ ad hereditatem adquirendam quemquam posse cogi [illegible] l. 6. § 7. ~~Ulp~~ Dig. Acquir. hered. ~~l. 59. D. Hered. Instit.~~ adeo quidem ut neque servos l. 16. D. de Leg. argent. et l. 5. C. hered. Inst. Nec obstat Ulpianum ~~dicere~~ qui affirmat tempus ad deliberationem non servo sed domino dari, quippe servus nullo apud praetorem habeatur, ~~l.~~ l. 1. pr. D. Jure delib. ~~⁊ Idem~~ enim

⁊ Sunt tamen nonnulli, inter quos Bartolus eminet, qui putent, patri in adventitiis agenti, unde probari posse putant ⁊ consensum filii haud necessarium esse. Quam opinionem hanc tueri posse, quod l. 1. C. de bon. mat. nullum filii consensum exigat; deinde, quia id con[gruit] convenit amplissime et dominio proxime potestati paterne l. 6. C. de bon. que lib. Tertio, quia sive minor sive maior etate filius sit semper in actibus legitimis consensum paternum exigat. (l. 2. D. de min.) Postremo, quia nec tutori necessarius sit consensus pupilli l. 1. D. admin. tut. Sed egregie Bartolus fallitur, cum l. 1. C. de bon. matern. de hereditate adventitia fil. f. delata haud loquatur: ratio autem differentie cur in actionibus hereditariis filii nomine exercendis consensus requiratur, non autem in actionibus aliarum rerum adventitiarum illa est, quod etiam veteri iure quo peculia adventia in solidum adquirebantur patri, hereditatem filio suo delatam adire vel repudiare non poterat, sine filii consensu. l. 21. § 1. D. Acquir. her.

Itaque hac disceptatione omissa

⁊ hereditas bonis adventitiis adnumeranda sit. verba, ad supra dictum, neminem invitum aere alieno obligari posse, referri debeant. ⁊ neque in hereditate adquirenda consensum filii necessarium illi esse, cum ⁊ Quod cum ita sit, evidentissimi iuris est, filium ad adquirendam sibi hereditatem, in qua pater usum fructum habeat cogi non posse. Omnia enim que de servo scripsimus ad filium spectare, neminem esse qui id dubitet puto. Hereditas enim sola est, ad quam adeundam filius cogi possit, alie autem res, que ut supra retulimus invito patri et citra voluntatem eius adquiri conspexit, de quibus non necesse est ut disputemus cum constitutio de hereditate tantum loquatur, quam solam cum solam commendandam nobis suscepimus, supervacaneum est, ut illa que minime rem nostram adtingant disceptemus.

Restitit ut secundam questionem quam proposuimus solvamus.

Secunda questio

Proposita a nobis est. an pater filio fam. delatam, dissentiente vel consentiente illo adquirere potest ⁊ Dissentiente filio patrem adquirere non posse supra retulimus cum is hereditatem sibi delatam adquirere debeat, cui relicta sit ⁊

[illegible]

Inquirendum ~~itaque~~ est, ~~num~~ an ~~filio adire hereditatem adire~~ pater consentiente filio possit.

~~Regula juris est, nihil facere, an aliquid per nosmet ipsos, an per substitutos nobis~~

~~Jure civili receptum est, ut quicunque heres institutus sit, hereditatem adeat. Sed cum hereditas hac ratione delata damnosa nobis esse possit, jus deliberandi ~~ex~~ praeter heredibus institutis statuit, quo factum est, ut intra aliquot tempus ~~vel ab~~ hereditate vel abstineamus, vel nobis delatam adeamus.~~ ~~Ceterum~~ ~~quo~~ ~~posito imperator Severus dixit, solemnitati juris~~ Nihil ~~refert~~ enim an per nosmet ipsos an per alios adquiramus, ~~hoc enim et gentium et civili jure receptum est.~~

~~I~~ ~~Quod~~ ~~D~~ ipsum consultatione super scriptae Imperator Severus respondit, patrem in successione filio delata voluntate filii gerentem solemnitati juris satisfacere 7. Nam cum pater pro herede gerendo declaret se velle hereditatem filii acquirere, id ipsum est, ac si filio ~~mand~~ ut ipse adiret, mandasset. I. Id enim nihil aliud significaret, quam velle patrem sibi hereditatem adquiri; quia intelligeretur non invito sibi hereditatem ~~non~~ adquiri l. 6. l. 13. §. ult. D. Acquir. hered. Filius autem hoc ipso quod consentit, hereditatem adire videtur, sine atque promittere

‡ Jure naturali et civili ~~receptum est, ut~~ nemini permissum est, conditionem alterius deteriorem facere l. 39. D. negot. gest. Quapropter si velis, ne ~~tibi hereditas damnosa~~ hereditas filio delata damnosa tibi sit, jubere illum debes, ut ~~eam~~ illam tibi adquirat l. 25. §. 4. D. Acquir. hered. Quod cum in adeunda hereditate fieri nequeant, ut supra retulimus, ~~necesse~~ filius hereditatem sibi relatam, vel tu, consentiente illo adire debes, ~~nihil~~ nam id receptum est ut neque tu praejudicando, neque fil.

7 Hereditas enim vel bonorum poss. nemini datur, nisi qui in adeunda illa voluntatem suam ~~…~~ declaraverit. §. 7. J. de Hered. qualit. et diff. ~~…~~ ~~I. f~~ l. 3. §. 3. 7. ~~…~~ D. de B. poss. l. 7. C. qui admitti ad b. poss. l. 6. §. ult. D. Acquir. vel omitt. hered. ~~vel~~ Sufficit autem quocunque modo voluntatem suam declarasse l. 95. D. Acquir. hered. Itaque pro herede gestio ad acquirendam hereditat. sufficit l. 20. pr. D. Acquir. hered.

I l. 25. §. 8 ~~Ulp.~~ D. Acquir. hered.

* ita quidem ac si sponte sua dein hereditatem tenuerit l. 10. C. Pet. hered. (~~IV. 10~~) (II. 31.)

* Licet enim quidam contra opinionem nostram proferantur, attamen nullius momenti illa esse Scipio Gentilis in Operib. T. 13. (97. (Neapoli 1763) docuit. Quapropter nihil obstat quominus credamus, primum Constantini Magni tempore

† ~~Haec definiendo~~ id effatum est, ut nisi filio consentiente, id ~~tenere~~ requireret l. 1. C. de bon. maternis. Quod

do id quod est consequens, velle id intelligitur quod est antecedens, nempe, hereditatem adire, l. 77. D. Acquir. hered. filius patri pro herede †. Eo enim ipso, quod herede gerere se videtur, permittit, pro fit, nemini enim plus juris quam ipse habet, alicui cedere posse l. 54. D. R. J. †

Superest ut explicemus, num ignorante vel invito patre fil. f. hereditatem sibi delatam adquirere possit. Quaestio haec etsi ad supra propositum casum minime pertineat, non inutile tamen ~~videtur~~ erit, quaedam de hac ~~[illegible]~~ re proferre.

Observandum est, ante Constantinum Magnum peculium adventitium eo jure quo peculium profectitium patri adquisitum ~~fuisse patri~~ fuisse †. ~~[illegible]~~ ubi unquam peculium separata ~~[illegible]~~ fuisse, ita quidem, ut ~~[illegible]~~ hoc peculium (adventitium pura) pro lubitu pater filio olim adimere ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

~~[illegible]~~ sequiore tempore adeo ~~[illegible]~~ extensum est, ut filius ignorante et invito patre ~~[illegible]~~ hereditatem sibi adquirere possit l. 26. D. A. ... cum statutum esset, ut invito patre

proprietatem f. f. acquireret, et inter cæteras, etiam delatæ hereditatis proprietatem posset. l. 6. C. de Bon. quæ lib. l. ult. §. 1. ibid. §. 1. Inst. perquas pers. II. 9. Inde effectum est, ut non solum in castrensi peculio f. f. duplicem personam sustineret, verum et in hoc adventicio, si in adquirendo illo pater consentire nollet. Quapropter effectum est, ut jus patriæ potestatis sub Imperatore Justiniano adeo diminutum esset, ut antiquum suum vigorem, quo a Jure gentium distinguebatur, pene abolitum, ~~juso~~ et juri gentium magis adaptatum esset.

Sed quæri potest an nolente ~~quoque~~ patre f. f. (ut extraneus heres institutus §. 3. Inst. hered. qualitat.) delatam sibi hereditatem acquirere possit?
~~Hanc quæstionem cum jam Alciatus adfirmaret fuere nonnulli~~ Fuere nonnulli quos Donellus, ipse ~~hanc~~ hanc sententiam reprobans citat, qui ~~illam~~ adfirmarent, filium invito patre, hereditatem adquirere posse. ~~negarent~~. ~~Sed vereor ne Alciati opinio verior sit~~, Quibus ~~illam~~ modo id excipias quod ille summa ope ostendere conatur, patri familias acquisitum non fuisse, quicquid munificentia aliorum in filium familias conferretur; Aliud enim est, invito patre acqui-

rere, aliud non adquiere illi sub cujus potestate est.† ~~Tali autem~~ Naturam enim et genuinam vim ~~peculii utriusque~~ peculii castrensis et quasi castrensis recte animadvertamus utrumque ~~in~~ hic ~~[illegible]~~ ~~convenire~~ ~~apparebit~~ convenire apparebit, quod ~~[illegible]~~ morte adpropinquante veluti pater fam. de illo testatus decedat.† Sed obstat, quod alterum non tanto favore legis atque alterum utatur, cum in castrensi peculio neque usumfructum pater habeat, quo illi in hoc quod adventicium dicitur, tributum est. Sed haec ~~quae~~ etsi magni momenti aliis videri ~~ut~~ possint, nos tamen ~~minime~~, quominus a sententia nostra recedamus, non movent. Nam etsi vivente patre f. fam. ~~usufructu~~ peculii quasi castrensis usufructu careat, ~~hic~~ ~~illi tamen [illegible]~~ spes ~~te~~ tamen illi est fore, ut hic mortuo ~~pleno~~ jure pleno re sua fruatur. ~~Quid itaque vetat~~ Quapropter iam ante Constantinum et Justinianum statutum est, ut licet ignorante patre ~~filius~~ rem sibi delatam acquireret,† patri usumfructum in illa adquisiverit, si ~~[illegible]~~ illam ratam habuerit. (l. 1. C. Qui admitti ad B. poss.) Quod cum ita sit quid vetat, ne ~~et~~ nolente quoque patre illam adhireat,† Sola enim parti-

Nro 340. 341. coactus voluit uxorem ducere, huic nulla exceptio quod metus causa nam divertere illi licet. Quomodo tamen Jure Justin. ~~non divertere~~ haud facile ~~matrimonium~~ ~~non~~ divertere possit, etiam si uxore volente l. 2. C. de Inutilib. Stip. l. 14. C. nupt. ‡ Maritus deportandus uxori donare potest l. 13. §. 1. Jure dot.

‡ l. 134. V. O. dummodo id observabatur quod leges statuere de Grat. I. 56. l. 9. Divort. l. 1. §. 1. Unde vir. l. 35. Donat. inter V. et U. l. 43. ad Legem Jul. de adult.

In peculio adrogati pater usum fr. fil. proprietatem habet. l. 42. de peculio. §. 3. Inst. de Adquir. per arrog.

Papinianus libro quinto Quaestionum recte scribit, inofficiosi querelam patrem filii sui nomine instituere non posse invito eo. Ipsius enim injuria est. Sequenti loco scribit, si filius post agnitam litis ordinandae gratia bonorum possessionem decesserit, finitam esse inofficiosi querelam,

acquisitionis. in quo casu voluntas utriusque est necessaria; sive enim pater possidet, voluntas filii exigitur, sive filius, patris. alioquin hereditas invito non acquiritur. Si autem quaeritur, an pater filio, aut filius patri consensit? Illis locis ostenditur, id non solum testibus probari posse, sed etiam longa hereditatis possessione.

Justin. autem constituit omnium adventitiorum proprietatem fil. f. acquiri, et utrum ceterae etiam delata heredit. propriet. l. 6. C. de Bonis quae lib. et l. ult. §. 1. ibid. Inst. per quas pers. ~~Licet ipsa~~ Potest hinc facere invito patre (l. c.) et ignorante. l. ibid. §. 3. Sed cum patri heredit. acquirere volet consensus patris exigitur. Sed utriusque consensus non est necessarius, nam respondente etiam filio patri volenti heredit. adquiritur. neque tamen voluntatem esse ius, quod hic traditur et in l. 25. §. 4. D. Acquir. hered. nam si filio fam. heredit delata est contemplat. patris haec videtur a patre ~~profecta~~ et patri adquiritur l. 10. pr. D. de vulg. et pu. subst. l. 5. D. Jure dot. Porro etiam constit. Justin. bona profect. ad patrem redeunt, eique adquiruntur pleno iure §. 1. J. per quas pers. sed et hic necessarius erit consensus.

Tempore edicti perpetui cessaverat quoad bona materna successio liberorum, natura iter concedente, licet et in feudis mater filio non succedat, nemo

l. 4. C. de Jure delib. (VI. 30.)

§. 3. Ceteri, qui testatoris juri subjecti non sunt, extranei heredes appellantur. Itaque liberi quoque nostri qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti, extranei heredes nobis videntur. Qua de causa, et qui heredes a matre instituuntur, eodem numero sunt: quia feminae in potestate liberos non habent.

Inst. II. 19.

Qui in aliena potestate est, non potest invitum hereditati obligare eum, in cujus est potestate, ne aeri alieno pater obligaretur.

Ulp. l. 6. D. Acquir. vel omitt. her. (29. 2.)

More nostrae civitatis neque pupillus neque pupilla sine tutoris auctoritate obligari possunt. Hereditas autem quin obliget nos aeri alieno, etiam si non sit solvendo, plus quam manifestum est. Ulp. l. 7. ibid.

Neque filiusfam. repudiando sine patre, neque pater sine filio alteri nocet: utrique autem possunt repudiare. D. l. 13. §. ult. ibid.

Idem est etiam si legitima hereditas filius obvenit. l. 14. Paulus ibid.

Interdum autem animus solus eum obstringet hereditati: ut puta si re non hereditaria quasi heres usus sit. Sed ita demum pro herede gerendo adquiret hereditatem, si jam ei sit delata. Ulp. l. 21. D. ibid.

Jussum ejus qui in potestate habet, non est simile tutoris auctoritati, quae interponitur perfecto negotio: sed praecedere debet, ut Gaius Cassius libro secundo juris civilis scribit: et putat

Olim quidem omnia patri pariter acquirebantur per filios, sine ulla rerum exceptione et distinctione; adeo quidem ut ne momento quidem uno in filiorum persona constitisse dicatur, quod per eos acquiritur. l. 79. D. Acquir. vel omit. hered. Tit. Inst. per quas personas. Sed Respublica sub principum potestatem redacta, primum separari bona in castris acquisita coeperunt, in quibus nullum jus ~~est~~ ~~patri~~ esse patri voluerunt. Ad similitudinem castrensis peculii, idem postea privileg. datum est in iis bonis, quae filiifam. opera forensi sibi acquirunt, l. ult. C. de inoff. test. Idem denique jus quasi castrensis peculii simili ratione datum est clericis a Leone Imperatore l. 24. 50. C. de Ep. et Cler. Aliud peculii genus est, quod profect. appellatur, quasi a patre profectum, vel ex re patris, vel facto patris, vel contemplatione patris donatum, et acquisitum filio. l. 5. de Jure dot. l. 2. §. 1. D. Solut. matr. l. 6. D. Collat. dot. Atque hoc peculium in totum ~~est~~ et plenissimum est patris, ideoque ab eo adimi filio potest pro arbitrio: et patre mortuo, tanquam cetera bona patris in hereditate connumeratur, et inter fratres dividitur l. 4. C. fam. ercisc. l. 4. C. de Collat. Tertium genus est, quod adventitium peculium appellatur, id est omne quod filiusfam. acquisivit quocunque modo ~~et a patre~~ extra illas duas caussas castrensis et profectitii peculii. Unde et adventicium dicitur, quod hoc nomine ea quae non domo ~~[illegible]~~ et a patre, sed aliunde et ab externis veniunt, significari soleant, ut adventit. et transmarina doctrina dicitur Graecor. lib. 2. de Oratore. Ascon. Pedian. in Verr. III. In hoc genere peculii multa posteriores Imperatores mutavere, quae antea eodem jure adventitia essent, quo profecticia

vel per internuntium fieri posse, vel per epistulam.

Ulp. l. 25. ibid.

Pater filio ita scripsit: "Scio fili quod pro tua prudentia invigilabis hereditati delatae tibi Lucii Titii." Puto ipsum patris adiisse. Quid si mandavit, "si expedit adire, adito: si putas expedire adire, adito?" puto ipsum aditurum.

ibid.

Ariston existimat, praetorem aditum familiaris [illegible] debere heredi; rationes defuncti ab eo petere, penes quem depositae sunt, deliberanti de adeunda hereditate.

Ulp l. 28. ibid.

Scientia autem vel opinio si filius familias vel servus instituti sunt, utrum ipsorum, an domini vel patris accipienda sit? finge patrem putasse praegnatum, filium certum esse finge, et sic adire, an adquirat hereditatem? Puto adquirere: sed contra, non adquirere.

Ulp l. 30. §. final. ibid.

† Bynkershoek Observ. II. 16.

Heres in omne ius mortui, non tantum singularum rerum dominium succedit, cum et ea quae in nominibus sint, ad heredem transeant.

Pomponius l. 37. ibid.

Is autem qui tertio gradu scriptus est, si primo deliberante secundus decedat, ipse potest succedere.

Ulp l. 6 [in med.] D. ibid

Filius fam. duxit uxorem, eo filiis sublatis [i.e. susceptis] intestato decessit. filius iussu patris non-

id est in solidum patri acquirerentur

Omnium fere sententia est, teste praeter alios Nicolao Bellono Supput. lib. IV. c. 4. Constantinum Imperatorem primum hoc jus introduxisse, ut bona materna separarentur a bonis profectitiis, relicto in maternis patri dumtaxat usufructu et custodia atque administratione eorum, dominium penes filium remaneret. l. 1. C. de bon. mat. Quod jus paulatim increvit, ita, ut idem statueretur in bonis materni generis, puta ab avo vel avia materna profectis l. 2. eod. tit. donec posteriores principes imprimis Justinian. generaliter ad omnia adventicia porrexerunt l. 6. C. de bonis quae lib. Qua de causa in Dig. nulla talis distinctio reperitur, quum eodem jure essent profecticia cujus adventitia, id est, in solidum utraque essent patris, ut bene Accursius docuit, quem Cujacius et alii sequuntur, et ostendunt clare de ipsis bonis maternis heredes l. 3. [in med.] D. de donat. inter vir. et uxor. l. 1. C. de lib. ex lib. Sed obstare quaedam videntur. 1, quod etiam Claudii temporibus bona quae filii testamento matris aut avi acquisivissent, iis separata et concessa fuerint, teste Tacit. lib XIII. Annal. 42. Cujac. Observ. VI. 23.† sed misericordia non jure id factum est, ut bonis a fisco occupatis hamelium reservaretur filiisfam. ex Const. Divi Claud. l. 3. [in med.] D. de minor. Magis obstat lex 9. D. ad S. C. Tertull. propter quam maxime Aliatus a communi sententia discessit. ergo patri non acquirebatur etiam ante Constantinum. Sed recte Sainus et alii respondent, aliud esse jus succedendi aliud jus acquisitionis. fil. f. succedit quidem matri suae, et ita loquitur licet, de

avi adierunt hereditatem. Quaero, an avo adquisita sit hereditas. Paulus respondit, secundum ea quae proponuntur, nihil actum esse.

Paulus l. 92. D. ibid.

Mutus pater vel dominus, filio ~~suo~~ vel servo heredibus institutis, magis est ut si intellectu non careat, nutu iubere possit adire hereditatem, ut ei iure ejus commodum quaeri possit: quod facilius explicari possit scientia literarum.

Idem l. 93. ibid.

Interdum autem animus solus eum obstringet hereditati: utputa si re non hereditaria quasi heres usus sit. Sed ita demum pro herede gerendo adquiret hereditatem, si iam sit ei delata. Ceterum ex quibus causis repudiantem nihil agere diximus, ex iisdem causis nec pro herede gerendo quidquam agere sciendum est.

l. 21. Ulp. D. ibid. cf. l. 65. ad d. le Treb.

Sine cretione heres institutus, si constituerit, nolle se heredem esse, statim excluditur ab hereditate, et amplius eam adire non potest. Ulp. XXII. §. 29.

Fil. f. et servus alienus et postumus et surdus testamenti fact. habere dicuntur: licet enim testamentum facere non possunt, attamen ex testamento vel sibi vel aliis adquirere possunt. Pomp. l. 16. pr. D. Qui test. (28.1.)

Cum in testamento ita scribitur, "si filius meus me vivo morietur, nepos ex eo post mortem meam natus, heres esto:" duo gradus heredum sunt: nullo enim casu uterque ad hereditatem admittitur. Ex quo apparet, si nepoti Titius substitutus fuerit, et filius patri heres extiterit, non posse

successione in quam, sed idem hereditatem adquirit patri l. 6. D. de adquir. hered. non minus obstant aliae leges ab Alciato allegatae l. 1. C. qui admitt. ad bonor. poss. l. 6. C. de bonis quae lib. quibus rectissime ab aliis responsum est, ut videre licet apud Arium Pinel in l. 1. C. de bonis maternis (nro 30.) ut et difficillima l. 22. D. de inoff. test. in qua lege scriptum est, patrem agentem nomine filii sui inofficiosi querelam adversus testamentum matris ejus commodum victoriae alii parare, id est, filio suo. Sed ea lex in illis verbis loquitur de filio agente, qui commodum victoriae alii, hoc est, patri suo parat, non autem de patre agente, qui filio parat. Multum igitur de veteri jure patriae potest. etiam in bonis detractum est, quum pro plena proprietate pater usumfruct. dumtaxat habeat ex constit. Scip. Gentil. L. 13. (?) 199. Oper. T. IIdo Neapoli 1763.

Illud quaeritur, an agenti patri in adventitiis necessarius sit consensus filii? quod omnino dicendum videtur ex constit. Justin. l. ult. C. de bon. quae lib. Atque ita multi sentiunt dissentiente licet eodem Bartolo, et aliis qui ad illum textum satis frigide respondent. Et tamen verissima est Bartoli sententia. Primo, quia l. 1. C. de bon. mat. non exigit ullum filii consens. sicut neque ulla alia lex. Deinde, quia id non conveniat amplissimo et dominio proximo potestati paternae. l. 6. C. de bon. quae lib. Tertio, quia absurdum est requiri consensum filii, qui maior sit septem annis, quum etiam qui maior sit 14. annis, quum nullius fere sit huiusmodi aetatis consilium; uno

Filium una cum filio heredem esse: quia non in primum; sed in secundum gradum substituitur.

Ulp. l. 37. pr. D. de Heredib. inst. (28. 5.)

Quidam, cum fil. f. heredem instituere vellet, ne ad patrem ejus ex ea hereditate quicquam perveniret ...

Africanus l. 46. D. de Hered. inst. ibid.

In extraneis heredibus illa observantur, ut sit cum eis testamenti factio: etc.

Florentinus l. 49. D. ibid.

Liber homo, cum sibi servi et, heres institutus, jussu tuo adiit. Labeo ... esse eum heredem. Labeo tunc non esse heredem, si necessitate id fecerit, non quod alioquin vellet obligari.

Celsus l. 59. D. ibid.

Filio impubere herede ex asse instituto substitutus quis est: existit patri filius heres: an possit substitutus separare hereditates, ut filii habeat, patris non habeat? Ei. non potest etc.

l. 10. Ulp. D. Vulg. et Pup. subst. (28. 6.)

Si servus fuerit heres institutus, utique non pupillarium tempus ad deliberationem, sed ei, cujus servus est: quia pro nullo ipsi habentur apud praetorem.

Ulp. l. 1. pr. D. Jure delib.

Si filius meus a matre sua heres scriptus fuerit, et ego, testamenti causa omissa, bonorum possessionem ejusdem filii nomine petiero, actio legatorum in me dari debebit, non secus ac si ipse heres scriptus, omissa causa testamenti, bonorum possessionem ab intestato accepissem.

l. 21. Julianus D. 29. 4. Si quis omissa causa testamenti.

etiam minimis 25. annis, ~~quinetiam qui major sit 14 ...~~ quem ... ut ait l. 2. D. de minorib. Quanto quia pater potest procuratorem ad litem constituere sine filii consensu. Postremo, quia nec tutori necessarius est consensus pupilli. l. 1. D. admin. tut. Neque huic sententiae obstat l. 1. C. de bon. matern. quae loquitur diserte, ut §§. praecedent. et sequentes, de hereditate adventitia filio fam. delata: et ratio differentiae cur in actionib. hereditat. hujus nomine exercendis requiratur consensus filii, non autem in actionib. aliarum rerum adventitiarum illa est; quod etiam veteri jure, quo patri adventitia in solidum adquirebantur, tamen hereditatem filio suo delatam adire, vel repudiare non poterat sine filii consensu † l. qui heres § fin. D. de adquir. hered. multo magis jure novo. f. 70./99.

† cf. l. 21. pr. § 1. D. Acquir. hered.

Sciendum est igitur, jure veteri ante leges Justiniani et Constantini constitutiones, si filiofam. delata sit hereditas maternae, vel alterius cujuscunque; quia hereditas in totum patri acquirebatur, ut et alia omnia bona adventitia; ideo filium fam. non potuisse hereditatem illam adire vel repudiare, nisi patris jussu l. 6. D. Acquis. vel omitt. hered. ne videlicet filius patrem suum aere alieno obligaret invitum, ut solet in hereditatibus aliquid aeris alieni inveniri l. 4. D. h. t. l. ult. C. de hered. act. Adire autem filius sua voluntate debet, nec cogi a patre potest, ut nec servus quidem l. 3. C. hered. inst. f. 71./99.

His ita cognitis duo nobis videnda sunt: primum quid juris sit vel patri vel filio in adeunda

L. 3. C. de Legitimis heredib. VI. 58.

Consanguinitatis jure et feminas ad intestatorum successionem admitti posse, explorati juris est. Proinde cum fratris tui intestato mortui ad te consanguinitatis jure hereditas pertineat: nulla ratione alterius fratris tui filii ad eandem successionem adspirare desiderant: nam et cessante jure adgnationis in persona omnium, praetorii juris beneficio ad te potius, quae secundum gradum obtines, hereditas pertinet, quam ad fratris tui filios, qui in tertio gradu constituti sunt. PP. 2. Non. Dec. Tacito et Grato Coss. 251.

Jus bonorum possessionis introductum est a Praetore, emendandi veteris juris gratia. pr. J. de B. poss. (III. 9.)

Aliquando tamen neque emendandi, neque impugnandi veteris juris, sed magis confirmandi gratia pollicetur bonorum possessionem. ibid. §. 1.

Quos autem Praetor solus vocat ad hereditatem, heredes quidem ipso jure non fiunt: nam Praetor heredem facere non potest: per legem enim tantum vel similem juris constitutionem heredes fiunt: veluti per S.Cta et constitutiones principales: sed cum eis Praetor dat bonorum possessionem, loco heredum constituuntur, et vocantur bonorum possessores. §. 2. ibid et §. 7. ibid.

Adhuc autem et alios complures gradus Praetor fecit in B. p. dandis, dum id agebat, ne quis sine successore moreretur. Nam angustissimis finibus constitutum per legem XII. tab. jus percipiendarum hereditatum praetor ex aequo et bono dilatavit

ibid.

† Praeclare hac de re Gust. Hugo in Dissert. de fundamento success. Göttingae 1775. p. 36.

Si quis itaque delatam sibi bonorum possessionem repudiaverit: non quousque tempus bonorum possessioni praefinitum exierit, expectatur: sed protinus ceteri ex eodem edicto admittuntur.

§. 9. in fine ibid.

Inepte et paene dixerim absurde ab naturalis juris perscrutatoribus illa opinio ~~est~~ excogitata est, ~~ac~~ minus apte id fieri, ut te de ~~bonis~~ rebus tuis testari liceat, cum congruentius ~~philosophiae juris~~ ~~qui~~ philosophiae juris (quam potius jus naturale ~~dicere~~ vocare malunt) sit, ut de mortuo, ad quemlibet ~~primum~~ illae occupandi jure ~~de~~ cadant. Nam cum ~~id~~ in juris ~~... fieri possit~~, ~~id~~ enim reipublicae intersit, ne summa infimisque misceantur, neque in alienas ~~bona~~ res ferarum ritu rapaces irruamus, certus ordo statui debet, ~~ut quotiescunque testator vita defunctus ultimam voluntatem~~ secundum quem ~~quotiescunque~~ vita di ~~defunctus~~ ~~testamentum~~ de hereditate tua ~~non feceris~~, testatus non fueris, alius in bona tua succedat. †

In re publica Romana jam ab antiquissimis temporibus ~~id~~ jus valuit, quod postea in leges quae XII. tab. nomine celebrantur relatum

Sed successionem (quidem) ab intestato in plures partes divisit, secutum gradus varios: primum liberorum, secundum legitimorum, tertium cognatorum, deinde viri et uxoris.

l. 1. §. 1. D. si tabulae (38. 6.)

‡ De suis et heredibus et agnatis, fusius infra agemus. De gentilibus quinam fuerint parum constat; rem difficillimam Niebuhrius post Chladenium explicare aggressus, novam theoriam de gentilitate exstruxit, minus idonea tamen argumenta doctrinae suae stabiliendae addidit.

‡ l. 120. D. V. S. pr. J. de lege Falcid.

‡ Ulp. XX. 2. Gell. XV. 27. [illegible] Theophil paraphrasis ad Just. de Testam. ordin. Non cuilibet tamen militum, sed illis qui se pro re publ. Rom. devoverent. Cicero de nat. Deor. II. 3. Liv. VIII. 10.

‡ Gell. supr. (XV. 27.) §. 1. J. de testam. ord. Quod praeterea testator nuncupari debebat, h. e. quo modo voluntatem suam testari, signare cera Ulp. XX. 7. Isidori Orig. IV. 24.

Ita autem ab intestato, potest competere b. p. si neque secundum tabulas, neque contra tabulas b. p. agnita sit

l. 1. §. 2. D. si tabulae (38. 6.)

Bonorum possessio potest peti ab intestato, si certum sit tabulas non extare septem testium signis signatas

l. 3. D. si tabulae (38. 6.)

Si pater filium emancipaverit, nepotem retinuerit, deinde filius decesserit, et ei aequitas et causa Edicti, quo de bonorum possessione liberis danda cavetur, efficit ut ejus ratio habeatur, et bonorum possessio intestato patris detur: ut tamen bona sorori, quae necessaria heres patri extitit, conferre cogatur avus, qui per eum bonorum possessionem adquisitum est emolumentum — l. 6. D. si tab. (38. 6.)

‡ vocabaturque tum ~~hereditas~~ successio intestati [illegible] legitima. Alia ratione in successio liberti intestati erat, ut quotiescunque pater familias de hereditate sua intestatus decessit, ad suos heredes, vel si nullos habebat ad agnatos vel ~~[illegible]~~ his denique deficientibus ad gentiles ‡ res ejus veniebant. ‡ ~~[illegible] quemcunque vel [illegible]~~ Licitum tamen erat, ut monuimus et. testatum decedere, cautumque lege erat, ~~[illegible]~~ uti quisque pater familias lingua nuncupasset, ita jus esset. ‡ Nuncupatio autem hec sive testamenti factio tribus modis fiebat, aut enim in Comitiis calatis, aut in procinctu ‡ aut denique per mancipationem testatoris. ‡ Primum, si Niebuhrio credimus idem erat, quod testamentum in Curiis factum, eratque hoc modo nemini nisi patribus testari permissum; sed cum XII. tab. jus aequum introductum esset, unicuique licitum fuit, vel hoc vel illo testamento uti. Testamentum in procinctu factum, hi solum utebantur qui expeditionem inibant, vocabaturque testamentum certis formis, sub auspiciis imperatoris, factum, quae cum in castris fieri desierit, ipsum testamentum abolitum est. Per mirum; nam cum ejusdem juris esset testamentum per mancipationem, a solis plebeis ut Niebuhrius putat olim usitatum, introducto vero aequo jure

‡ ~~aut~~ et coemptionem uxores nubere mallent. omnibus concessum, nisi unum si ~~et~~ id, ut fallimur, ~~omnia~~ duo priora excessit. Quod et in contrahendo matrimonio accidit, ita ut per usucapionem potius quam confarreationem‡ Non diu tamen libertas haec ~~tot~~ pro lubitu quemque a hereditate sua excludenda mansit‡. ~~Brevi enim~~ in gratiam postumi nisi fallimur ‡ ~~fuit~~ ~~in~~ posita ~~testatori~~ necessi~~tas~~ est, qui ~~ut~~ si testamentum suum non destitutum esse vellet illos quos in potestate habebat aut instituerit aut exheredes esse juberet. v. Cicero pro Caecina 25. de Oratore I. 57. 38. ‡ l. 4. C. 28. 27. §. 5. Inst. II. 13. Tilly de posthumis et hered. instituendis Lipsiae 1794. §. 1. J. de exheredat. liber.‡ Denique lege Voconia cautum erat, ut ille cujus hereditas plus quam centum M aeris esset, extraneas feminas ~~nec~~ heredes non institueret. (Paulus IV. §. 22. Collatio XVI. §. 3.) Rationem legis hujus fuisse compilatores Institutionum Justinianearum [§. 3. J. de hered. quae ab intest. (III. 1.)] ‡ Hac ratione res cum staret, aliam modum heredes instituendi praetor introduxit. Is enim et ratione naturali ductus, et fiscum excludere conatus, aliam plane ordinem succedendi introduxit‡. Nam cum olim adgnatio sola pro basi in succedendis hereditatibus esset, adeo mutavit illam, ut et cognationi magis illam adaptaret et ordines succedendi magis extenderet.‡

1. Ordinem constituebant liberi sive ~~sui~~‡ quibuscum emancipati ~~et~~ vocabantur l. 1. §. 5. D. 38. 6. nec minus liberi eorum l. 1. §. 1. D. 6. post. contr. tab. Denique

‡ hic enim, ~~fuit~~ si herede suo non relicto mortuus est, ad patronum hereditas veniebat, cum neque adgnatos neque gentiles libertus habere posset. ‡ Inst. II. 18. ~~III.~~ Dig. V. 2. Cod. III. 28. Nov. 18.

‡ qui tamen conceptus esse debebat, quo heres instituebatur §. 8. J. de hered. quae ab intest. l. 6–8. de suis l. 6. pr. de suis et leg.

‡ putabatur enim hereditas parentum necessario liberis deberi [l. 7. §. 1. D. 38. 6. (si tabulae)] si itaque testator decessisset, nulla hereditate sibi proximis derelicta, aut iniuriosus horum aut insanus putabatur, qui proximos sibi heredes instituere oblivisceretur. Hic autem necessitas testatori ~~imposita~~

‡ in Verrem I. 42. Valerius Maximus (passim)

‡ verior Ulpianea narrat. XXII. 22. 23. 19. l. 29 §. 1–5. D. de lib. et posth.

‡ hanc fuisse probant, quod in bellica Romana gente ~~et praecipue~~ commodius videretur, ut hereditates plerumque ad masculos confluerent. Idem probabat Hugo l. c. p. 10, autoritate Pütteri primae lineae iuris priv. princ. §. 8. nota a, Fergusoni On Civil Society, Millari Distinction of ranks in Society cap. 1. et Forsteri Observations made during a Voyage etc. p. 418 de lege Voconia cf. Cicero pro Balbo c. 8. de Finibus II. 17. in Verrem I. 41. – 43. Dio Cassius 56. 21. Gellius XX. 1. Durait autem lex Voconia usque ad Justinianum l. 14. C. legitim. hered. ‡ mansit et postea hic ordo succedendi, servatis constitutionibus quae legitimis et dictis xantae sunt l. 2 ff. hered. (X. 2.)

‡ l. 1. §. 1. D. si tabulae (38. 4.)

‡ Ulp. XXVI. §. 1. et §. 6 Inst. de hered. quae ab intest. (III. 1.)

posthumus §. 8. J. hered. quae ab intest.

Quis suus sit, definit Gajus Inst. II. 8. §. 1. pr. Paulus IV. 8. §. 8. Ulp. XXII. 14. Coll. XVI. 2. De Etymologia vocis variae opiniones sunt, equidem putaverim suum idem esse quod ~~sui~~ et heredem †

Quod posthumum † jure civili 10. menses praefiniti erant, intra quod tempus si posthumus non nasceretur ad legitimus hereditas pertinebat l. 3. §. 11. D. de suis et legit. Tempus hoc magni momenti est, praesertim si servam post 182. dies enixam prius vero manumissam species, nam quidquid ex illa nascitur liberum est. Omnes autem sui sine respectu proximitatis in ~~stirpes~~ capita succedunt §. 6. J. hered. quae ab intest. l. 6. §. 8. D. de suis et legitim hered.

Succedebatur autem non gradu†, sed si filius non adgnovit, neque nepos id potuit † itaque sequens ordo veniebat qui erat

II. Unde legitimi. Omnes hic ~~voc~~ vocabantur, quos et antiquum jus civile vocabat, itaque et sui denuo l. 2. pr. D. 38. 7. † Vocabantur masculi et feminae † l. 2. §. 1. D. 38. 7. Et hi, quos S. C. Orphit. et Tertull. vocabat l. 2. §. 4. D. h. t. Theophil. ad §. 1. B. post deficien libers iis tur suis adgnati voca

† v. Haubold Lineamenta et ibi Grisinger

† Ulp. 28. 2.

† Collat. XVI. §. 2.

† Paulus IV. §. 23. Collatio XVI. §. 2. l. 1. §. 7. D. 38. 8. (unde cognati) l. 6. C. de legitim. hered. (V. 58.)

† l. 4. D. Suis et leg. l. 1. 3. 6. C. Legitim hered.

† Ad feminas ultra consanguineorum gradum legitima hereditas non pertinet. itaque soror fratri, sororive legitimas heres fit. Ulp. XXVI. §. 6. 8. Gaius II. 8. §. 5. Collatio XVI. §. 2. §. 3. §. 4. §. 6. et §. 3. J. de hered. quae ab intest. (III. 1.) l. 1. C. de Legitim hered V. 58.

† Gaius II. 8. §. 3. §. 6. Collat XVI. §. 2. et §. 1. Inst. de hered. que ab intest. (III. 1.) §. 3. ibid

Ad ~~earum~~ ~~cognitionem~~ huius ~~Legis~~ ~~nostrae~~ ~~id~~ ~~meminisse~~ ~~sufficit~~

~~Sunt nonnulli~~ qui

Omnes fere ~~qui de jure naturali~~ scripsere id ~~fidem operae~~ contenderunt,

Ne in praefatione ad hanc legem diutius quam par est moremur, (id enim possemus, si juris naturalis perspicationem ~~commenta~~ ~~qui~~ ~~naturale~~ de hereditatibus et testamentis commenta ~~fuerunt~~ ipsa ~~de~~ secum discordantia et ~~rationum probabilitate~~ refutare vellemus) ~~meminisse sufficiat~~ neve dissertationem nostram in immensum protrahamus, jam id ~~hoc~~ meminisse sufficiet, multum ~~id~~ rei publicae interesse, ordinem certum statui

constituendum ~~statuendum~~ erat

Hoc autem ideo, ne summa infimis misceantur, neve in alienas res ferarum ritu rapaces irruamus, quod sane fieri deberet, si constitutum non esset, quis in bona mortui tua vacantia facta, succedere deberet. Quapropter in

cantur, ita quidem ut prior gradu posteriorem excluderet † l. 2. § 4 — 7. D. de Suis et Legitim. § 1. J. de Legitim. adgnat. success. nec in testess quae ratione adgnati effati sunt l. 1. § 10. 11. D. eod.

III. Unde Cognati. Classis haec a praetore inventa l. 1. pr. D. h. t. vocantur omnes consanguinei usque ad 6tum gradum, ita, ut prior posteriorem gradu excluderet l. 1. § 3. D. h. t. § 5. J. Success. adgnator. Et adgnati capite deminuti l. 5. D. h. t. Pater naturalis nec tamen spurii huic succedunt. Et mater cum liberis, nec refert an spurii an ex justis nupt. procreati. Denique omnes qui supra l. 1. § 4. l. 3. D. h. t.

IV. Unde V. et U. Deficientibus his omnibus conjuges sibi succedunt l. 1. C. Unde V. et U. (pro antiquo jure l. un. praedio sc. ante legem J. et P. P.) dummodo justae nuptiae erant, usque finem vitae conjuges in matrimonio manserint.

Alia ratione tamen in bona liberti ab intestato succedebatur; quod cum ad propositam constitutionem explicandam minime pertineat, omittimus, potiora capita successionis ex jure praetorio supra descripta, explicavi.

Successio quam supra exposuimus tunc a praetore inducebatur nisi alia ratione succedendi omnis spes deerat l. 1. § 2. l. 3. D. Si tab. test. nullae. Nam si in testamento heres scriptus inveniebatur cavebat praetor, ne quis omissa causa testamenti

7 l. 4. 12. D. Carbon. edicto. Ulp. 28.5.

7 Duos itaque succedendi modos in Jure praetorio invenimus, secundum tabulas,7 et ab intestato. Accessit tertius, nempe intestati hereditatis petitio; quae tum dabatur, si heres suus postumus vel exheredatus non erat. Ulp. 28.1. l. 1. §. 2. D. Si Tabulae test. nullae. ~~[illegible] praetor [illegible] edicit~~ ut in gratiam creditorum vel diu vacua poss. ne ~~esset~~ iaceret edixit, se his solum ~~dare velle~~ b. poss. daturum, ~~quod~~ quod sui heredes sint intra annum, si extranei intra centum dies ~~b. poss.~~ id a se ~~ab illo~~ petierint, ~~itaque~~ ita autem hoc modo his heredibus diminutum jus est, ~~cum~~ cum primo secundo et tertio ~~gradu~~ ordine ad heredit. ~~vocarentur~~ cap., ~~per~~ tres annos deliberandi potestatem habebant, utrum hereditatem adire an repudiare mallent. Addendum ~~tamen~~ est, suo heredi tamen si praevaricaretur ~~bonorum~~ possessionem ~~heredi-tatem~~ praeoccupari potuisse,‡ nempe usucapione quae uno anno finiebatur,‡ si ~~tertio~~ primo gradu omisso, et secundo b. poss. petere vellet. Ulp. 28.6. l. 12. pr. D. de Injusto l. 12. §. 1. D. de B. Poss. contra.

‡ quae tamen cum usucapione naturali juri repugnatum minime conveniat, nam si improba erat tamen Divus Hadr. sustulit, si pro bonor. poss. valebat, ut Gaius Veronensis narrat. l. 2. C. de Usuc. pro herede.

~~In primis observandum est~~ Tuere enim

‡ finge enim ~~heredem~~ hominem tardum, inque horam opinionem suam mutantem, qui dum aspirat, dum deliberat, tandemque hereditatem adire cupit, iam annum praeterlapsum esse vidit, hereditatemque ab illo qui in secundo ordine vocabatur, usucaptam? ‡

bonorum possessionem peteret (Dig. 29.4.)

Utraque successio in hereditatem et bonor. possessionem per universitatem vocabatur §. 6. J. per quas pers. Sed tamen illam hereditatem solum vocaverunt quae ex XII. tab. defertur; licet enim et bonorum poss. hoc nomine in l. 138. D. V. S. designetur, ~~attamen~~ utriusque tamen notionem diligenter ~~et~~ a J. Ctis separatam fuisse hinc apparet, quod in ~~Corpore Justin~~ Juris Corpore Justinianeo et Ulpianeis Fragmentis prius de hereditate postea vero de bonorum poss. tractabatur.7

Casus de ~~quo~~ proposito lege ~~constitutione~~ Divus imperator rescripsit, non adeo difficilis est, ut, exposita theoria successionis secundum XII. tab. leges et Jus praetorium, intelligi a nobis non possit. Apparet enim Asclepiodotam inique a filiis fratris sui de hereditate pelli, ad quam et XII. tab. lege et Jure praetorio (cujus fundamentum in lege XII. Tab. positum est pr. J. de Bonor. poss. l. 6. §. 1. D. de b. poss.) vocabatur. Si enim explorati juris esse dixit et feminae jure consanguinitatis ad hereditatem intestatorum venientur, nam et cessante adgnationis iure (dicit Imperator) beneficio praetoris his hereditas defertur, quae proximiores gradu sint. (Paulus IV. §. 23.)

Restat ut ~~qui~~ fusius de hoc agamus, quid sibi verba beneficio praetoris velint.

~~Inter ordines Heineccius [illegible] prodigium est~~, qui ~~praetorio jure~~ fictionibusque ~~quas~~ et mutationibus in albo praetoris propositis male contendus vana in ~~illo~~ criminantur. Nostrum non sermum ~~judicem~~ Magistratum juri dicendo Romae constitutum

est ~~absurdas~~ opiniones [illarum absurdas] ~~[illegible]~~ refellere, praesertim, cum id iam dudum ab aliis factum est. Male enim respondemus non fictitias neque ex ipsius arbitrio mutationes has fuisse, cum ~~pr~~ illas populus [Romanus] ~~[illegible]~~ ~~adprobavit~~, tyrannidis potestatis impatiens adprobaret. ~~Apparet~~ ~~itaque~~ praeterea cum sibi corrigendi mutandi supplendique juris civilis potestatem sumsisset‡ non id ex arbitrio neque voluntate sua fecisse, verum eas mutationes XII. tab. juris in album ~~recepisse~~‡ ~~quas~~ tacito consensu populi ~~[illegible]~~ adprobaret.‡ Sed primum ratione emancipati factum est,‡ cum iniquum plebi videretur, filium ab hereditate paterna ideo pelli, quod per eos et liberum potestate patris dimissus ~~esset~~.‡ ~~Eadem itaque est~~ [Hinc autem], ut in Edicto praetoris ~~[illegible]~~ emancipatus cum suo ~~herede~~ [pari jure] veniretur, modo res suas quas postea quam e potestate patria dimissus erat acquisivit, ~~cum~~ hereditati paternae conferret l. 14. D. de Suis et Legitim. hered. l. 15. pr. de Legat. praest. contra tab.‡ Eadem ratione ~~usus est~~ in heredibus tertio [ordine] ~~gradu~~ conspiciendis [usus est] ~~Nam cum omnes conquererentur~~, plebem ingenuam in dies minui omnes conquererentur, [et enim] flagrante dissidia domestica et hinc bellis civilibus ortis ~~fiebat~~, nec minus ~~[illegible]~~ ab antiquissimis temporibus ~~[illegible]~~ ad coelibatum pronis Romanorum moribus fiebat,) ~~iniquum videbatur~~ deficientibus tum agnatis hereditates propinquis eripi. [iniquum videbatur] ~~[illegible]~~ Praetor itaque mulierum progeniem ad capiendam hereditatem ejusdem familiae ~~jure~~ vocavit, quae etsi aequo jure cum agnatis vocari non posset,‡

‡ id num valuit ut illi quoque adgnati, qui licet natura ipsa cum heredibus juncti ~~essent~~ arbitrio patris ~~ab here~~ potestate dimissi ~~essent~~, pro extraneis haberentur, aequam partem atque hi; et hereditate caperent.

‡ pr. J. §. 1. de Bon. poss. (III. 9.)

‡ cum enim olim nisi proximi tantum gradus hereditas [erectus] capiebant ‡ ~~[illegible]~~. quod et [Justinianus] adgnovit XXVI. §. 5. XXVIII. §. 11. §. 7. J. de Legitim. adgnator. success.

‡ quae usu et ~~consuetudine~~ moribus antiquata [ratione]

‡ ‡ cognatorum ~~[illegible]~~

l. 6. §. 2. 4. D. de bonor. poss. contra tab. vel quod testamentum minus solemniter factum [esset] l. 1. C. Theod. II. 24. famil. herisc.

‡ l. 16. D. de Leg. praest. l. 6. §. 1. D. b. poss. contra tab. l. ult. D. de lib. et posth.

‡ sed habeat sibi, et quod ignavia paravit utatur. Vigilantibus enim jura, ipsaque ratio ~~[illegible]~~ margaritam porcis objicere vetat. ~~[illegible]~~ Jam enim satis propositum est, quod ab ~~[illegible]~~ extraneo ~~[illegible]~~ hereditas usucapi non posset, ut ex l. 1. C. usuc. pro hered. colligere licet, iniquum tamen esset alios ideo ab hereditate depellere quod primus ~~deliberavit~~ an adeunda nec ne esset deliberaret.

‡ non patiebatur enim praetor ideo testamentum despici quod ~~sic~~ forma civili juris professi pro forma sentium non ~~fecit~~ §. 2. J. Test. ord. Ulp. 18. 6. ... et C. de bonor. poss. secundum tab. ‡ ~~[illegible]~~ Savigny Zeitschrift B. I. Heft I. l. 12 §. 1. D. de bonor. poss. contra tab. l. 6. §. 2. 4. D. B. poss. contra tab. l. 1. C. Theod. ... heredit.

‡ id statuit ut testamenti factioni ~~[illegible]~~ testes adhiberentur Cicero in Verr. I. 45. Quo ~~factum~~ factum est, ut modo hoc modo illo, ~~testamento~~ in disponenda ~~de~~ hereditate sua uterentur Savigny

‡ tunc id valebat ut

I Quos enim praetor ad hereditatem vocat, heredes quidem ipso iure non fiunt: cum praetor heredem facere non possit; sed cum eis dat possessionem bonorum, loco heredum constituuntur bonorumque possessores vocantur. (§. 2. 7. J. de B. poss.)

‡ Sunt forsan qui dicant ~~Cur~~ tales ambages? ~~[illegible]~~ Cum ~~[illegible]~~ consequentia sit ut qui semel ~~[illegible]~~ hereditatem abjiceret, iam perpetuo ab illa capienda secluderetur? ~~[illegible]~~ Sed hoc respondebunt qui jus naturale profiteantur, nobis vero humane praetor egisse adparet nam

‡ Ne tamen arbitrio suo solemnitas qua mire Romani gaudebant jacturam passa videretur ‡

justum tamen videbatur ut ~~[illegible]~~ deficientibus adgnatis jure quidam suo hereditatem sibi vindicarent. (Hugo l. c. §. 32.) idem et in testamentis observabat

Video ~~Attamen~~ et hinc quoque occasionem jus praetorium calumniandi occasionem sumere posse, ~~[illegible]~~ dicas de respicere quo modo ~~[illegible]~~, ut concurrente utroque jure praetorio nempe et civili, utrum ~~quod~~ praeferri debeat? Dicere quasi ~~[illegible]~~ respondeo, heredem suum eligendi potestatem habere, utrum civili an praetorio jure succedere velit §. 1. J. de bon. poss. Sunt autem ~~[illegible]~~ utrumque collidatur? ‡ jus civile praetorio juri praeferatur ~~[illegible]~~ Ulp. 28. 3. Quapropter suus heres ter ad successionem a praetore vocatur. nam etsi primo gradu succedere nolit, b. poss. ad secundum gradum, ~~attamen~~ sive re tamen devolvitur l. 30. pr. l. 19. D. bonor. poss. contra tab. ‡

Hinc adparet, poss. bonor. jure praetorio datam semper deteriorem hereditate esse. Ulp. 18. 12. pr. J. de b. poss.] Nam etsi heredi b. poss. tanquam utilis data erat, hic tamen semper pro herede erat l. 15. pr. l. 16. D. de legat. praest. Quapropter hereditas a bonorum poss. eo differt ut ~~ab~~ dominium ~~est~~ a bonor. poss. vel ut alio ex jure Quirit. ab actione Publiciana.

Exposito tamque jure hereditario secundum XII. tab. leges et praetorium edictum, explicationi supra triplex deinde compilationis satisfecisse videmur. Superest, etsi ad rem minime pertineat, ut ~~[illegible]~~ theoriam quaestionis ~~[illegible]~~ mutationesque in illa Imperatorum post Deum, absolvamus. -

Hoc quod supra de quaestionibus disciplinae

7 §. 3. Just. de Test. Nov. Theodos. IX. 1. l. 21. C. de Test. f. Savigny Journal. I. 13. inveniuntur §. et 7. testes non ignorantia Notar. sed ipsa Natura rei.

usque ad ~~Justinianum~~ Theodosium II. duravit.

Jam enim Antonino Pio regnante S. C. Tertullianum factum ~~est~~, qui mater in ordine unde Cognati collocata est. Hujus S. C. vestigia jam sub Claudio inveniuntur, qui in solatium liberorum amissorum hereditatem matri dedit. Suet. Claud. 19. §. 1. J. III. 13.

Jus hoc ex S. C. Tertull. non dabatur matri nisi ingenua esset et trium liberorum jus haberet, vel quatuorum si esset libertina. Paulus IV. §. 1–4. Postea tamen sui et liberi suorum matrem excludebant, licet sui heredes filii essent §. 2. J. III. 3. l. 1. §. ad S. C. Orphit.; nec interest ex justis nuptiis procreati an vulgo quaesiti. Excludebat praeterea pater, ex edicto unde decem personae l. 10. de Suis et Legitim. nec minus pater consanguineus, soror vero consanguinea non excludit, sed cum matre pariter. §. 3. J. III. 3. Ulp. 26. 8. Hinc verba praetoris, qui edixit, omnes se a successione ordinis unde legitimi excluserunt (l. 3. D. Unde Legitim.) qui novam legem habuerant, in Ulp. 26. 8. intelligi et locum capere possunt. Ad S. C. Tertull. l. 1. C. Theodos. de Legitim. hered. pertinet. Constantinus denique statuit, etsi mater jus liberorum non habeat, jure civili tamen succedere illam posse l. 2. C. Theod. l. 7. C. Just. de Legitim. heredib. Addit Justinianus, matrem omnes adgnatos excludere debere; quod si sorores mortuus habeat dimidium capere debere, si fratres, partem virilem. §. 4. 5. J. III. 3. l. 7. C. VI. 56.

S. C.to vero

Sub Divo Marco facto quod nomine celebratur ad amplitudinem ~~fuisse legimus~~ S. C. Orphitianum ~~quo cautum est~~, ut filii ~~sui~~ heredes emancipati in successione patris ~~sui~~ patrem suum excluderent l. 3. C. Theodos. de Legitim. hered. l. 11. C. Just. ad S. C. Orphit. Justinianus vero l. 13. C. de Legitim. hered. statuit, ut pater ~~patrem~~ ~~solum usumfructum habere debere~~ si cum liberis emancipati filii sui succederet †, ~~quod si cum liberis sui heredis, neque usumfructum~~. Sequitur lex Anastasiana § 13. J. de Success. cognat. quam Justinianus adeo commutavit, ut liberi uterini eodem jure quo consanguinei essent l. 14. § 1. C. de Legitim. hered. Quas novas leges in adoptivorum gratiam finxerit, has ne nimis diffusi simus, praeterimus. Hoc addidisse sufficit, Justinianum postea sanxisse, ut omnes emotiores consanguineos pater excluderet, eatenus quatenus mater ob illos excluderetur l. 7. C. ad S. C. Tertull. § 3. J. eod. (III. 3.) Si vero de bonis Emancipati ageretur, tunc † ~~si filii sui heredes sint, proprietatem bonorum haberent, pater vero usumfructum~~; non exstantibus vero liberis, ut ad vacantis principis ~~pater~~ mater a patre ~~tum~~ excluderetur. Deficientibus vero ~~liberis et~~ parentibus ut consanguinei omnibus adgnatis exclusis succederent (l. 14. C. de Legitim. hered.) cum liberis consanguineorum emancipatorum. Succedere autem debent a tempore quo delata hereditas illis est § 7. J. de Legitim. hered. Quod si et hi deficiant, agnati usque ad 10.um gradum ad successionem admittentur.

† usumfructum haberet, quod si cum liberis filii sui non emancipati, usumfructus particeps ne fieret.

† si sui heredes illorum extiterint, hi proprietatem bonorum ~~ut haberent pater~~ pater vero usumfructum ut haberet statuit

Ex his apparet successionem in hereditatem defuncti valde contemptam fuisse, posteaquam nova jura quotidie imperatores cudere coepere. Justinianus itaque, ~~et~~ et solito amore novas leges condendi,† et necessitati sui temporis satisfaciens, ut rudibus aetatis suae judicibus planiorem viam in litibus de hereditate decidendis aperiret, novellam constitutionem, quae sub nomine CXVIII. celebratur composuit, ita quidem, ut successio ab intestato instar testamenti esset, quod lex pro defuncto, ejus voluntatem praesumens, conderet.† ~~sed~~ dubium videbatur, an ~~etiam~~ voluntatem ~~le~~ testatoris ad hereditatem capiendam et graduum proximitate ~~recte~~ a se adjudicaretur. Consultius tamen videbatur eam agnosse, cum haec praesumptio praevaleret, testatorem ~~testatorem~~ si illi is ordo ~~testatori~~ in succedendo hereditate ~~[illegible]~~ displicuisset, legem ipse scribere posset, qua ipse ordines in succedendo determinaret. ~~† Justinianus itaque~~ hac ratione voluntatem testatoris interpretatus, consanguineitatem omnis successionis ab intestato fundamenta esse ~~voluit~~ ~~leg~~, ~~fuisse~~, ita quidem ut tertius gradus] ~~in jure praetorio [illegible] pervenerat~~. Cujus rationem tepide ~~tam~~ in pr. l. 17. C. de Legitim. hered. exponit. Nos quidquid hac de re sentiamus explicare piget, hoc solum addisse juvabit: Justinianum aptissime rei consuluisse, quod feminae tot seculis ~~hereditatis~~ adgna-

† cf. Montesquieu Grandeur et Decadence c. 20.

~~† Ne itaque, ut jure Praetorio fieri solebat, ad masculos omnis hereditas perveniret (Inst. III. 3.) antiquam regulam legibus XII. Tabular. propositam revocavit ibid. et §. 4. eod.)~~ Novum itaque ius hac lege a Justiniano introductum esse vidimus, ut iam antea in CXV. Novella constitutione novum jus querelae inofficiosi testamenti composuerat, licet recentiores adfirment, Sacratissimum principem eisdem ~~nonnulla~~ ~~capita~~ in hac lege constituere voluisse, ut per hanc legem nonnullas partes Querelae inofficiosi derogaretur. [illegible] Quod plane ~~abs~~ ineptum est. et analogiae hujus constitutionis cum CXVIII. novella contradicit. Utcunque est, Justiniano in componenda CXVIII. constitutione novella,

† Hugo § 38. Sacratissimus itaq. princeps

I successionis ex jure praetorio praevaleret

: ~~ab~~ a successione non summovent :
hereditatem arceatur
terum suorum ~~participes faciant~~ facilius
enim id obliviscimur quo nunquam non frue-
bare, aegre vero id, quod, ~~quo~~ tibi cre-
ditum esse vides, priusquam te eo carere
posse non edoctus es. Praeterea id quoque
meminisse juvabit Justinianum cum et
masculorum progeniem ad hereditatem
capiendam admitteret, jus aequum lege
XII. Tab. olim compositum ~~donatum~~ simulatum esse vi-
derit, id enim ipse fatetur, exaequatio-
nem ~~legum~~ legibus amicam sibi placere.
Utrum ~~vero~~ ~~cum~~ recte consultus sit,
dubitant alii; equidem supra rationibus
expositis legem Justinianeam laudo,
eo potius, quod neque in ~~Codice~~ Borussi-
co, neque Austriaco, nec ~~neque~~ denique in
Codice Napoleonis simpliciorem viam
ad hereditatem intestatam pervenien-
di inveniam.

l. 3. C. de legitimis heredibus.

Intestatorum ingenuorum hereditates pertinent primum ad suos heredes, id est, liberos, qui in potestate sunt, ceterosque, qui [in] liberorum loco sunt: si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est, fratres et sorores ex eodem patre; si nec hi sunt, ad reliquos adgnatos proximos, id est, cognatos virilis sexus, per mares descendentes, ejusdem familiae.

Ulpianus XXVI. §. 1.

Ad feminas ultra consanguineorum gradum legitima hereditas non pertinet: itaque soror fratri, sororive legitima heres fit.

ibid §. 6.

Intestati filii hereditas ad matrem ex lege XII. tab. non pertinet: — — sed si ius liberorum habeat, — — quod si soror consanguinea sit, ad utrasque pertinere jubetur hereditas.

§. 8. ibid

Feminae ad hereditates legitimas ultra consanguineas successiones non admittuntur: idque jure civili Voconiana ratione videtur effectum. Ceterum lex XII. tab. nulla discretione sexus agnatos admittit. Paulus IV. §. 22.

In hereditate legitima successioni locus non est. Et ideo fratre decedente, antequam adeat aut repudiet hereditatem, fratris ~~illius~~ filius admitti non potest: quia omnis successio proximiori defertur. §. 23. ibid

Intestatorum hereditates primum ad suos heredes pertinent. Sui autem heredes adpellantur filius, filia, nepos vel neptis, pronepos, proneptis ex filio, nepote: quia omnes per virilem sexum descendentes sui vocantur. Gajus II. 8. §. 1.

† de Usucapione pro herede hereditat. quae uno anno finiebatur Gajus multa habet. Quod si praedo pro herede usuceperit. Hoc ab Hadriano rescissum est, sed B. poss. non re

108

Inepta quaestio haec est, quae a fundatoribus ista juris naturae et philosophastris proponitur an ~~in~~ bona morte testatoris derelicta ad unam solum ~~personam~~ deferri debeat, an vero quilibet pro lubitu, ut bona vacantia occupare illa possit et debeat.† Hoc enim rerum publicarum interest, ne unquam sine domino ~~la~~ res jacerent. Duplex autem testatore decesso successor invenitur, qui bona illius occuparet, aut enim ipse testator personas quae illi succedant ~~vocantur enim duo personae illi~~ vocavit, ~~juncte~~, ~~ita quod~~ aut res publica ipsa ordinem componit, secundum quem ~~in bona~~ hereditas ~~capiatur~~ capiatur.

Lege XII. tab. cautum erat, ut quilibet ~~de~~ de rebus suis ~~testar~~ pro lubitu testaretur. ~~Testa~~ Duplici ~~test~~ modo testabatur, testamentum in comitiis calatis, per manc. pat. et in procinctu factum. Primum et postremus in desuetudinem abiit, posteaquam cuilibet per mancipat. testari permissum esset. Mutatum postea id est, ita quidem, ut quilibet testator illos quos in potestate habebat aut exheredare aut heredes instituere juberetur, quod ratione posthumi introductum est. Tribus itaque modis nunc ad successionem vocabantur, aut enim 1, contra tabulas, 2 aut secundum tab. 3, aut intestati.

l. 4. C. VI. 28. 29. §. 5. Just. 2. 13. pro Caecina 25. de oratore I. 57. 38.

Lege Voconia cautum est, ut qui C. Millia

Si defuerint sui heredes, tunc hereditas defuncti pertinet ad adgnatos. Adgnati enim sunt per virilem sexum defuncto propinquitate conjuncti, id est, consanguinei fratres, hoc est, de uno patre nati. Nec dispulari potest, si de diversis matribus nascantur, qui uno patre geniti sunt. Item patruus, id est, frater patris, fratris sui filio adgnatus est. Ipso modo sunt fratres patrueles, hoc est, qui de singulis germanis nati sunt.

ibid §. 3.

In feminis vero alia conditio est: quia inter feminas sola tantum soror consanguinea habetur adgnata, et germano suo defuncto ab intestato ei adgnati jure succedit. Reliquae feminae, id est, amita, hoc est, patris soror vel fratris filia, nec in capiendis hereditatibus propinquorum legitimae sunt, nec masculis propinquis adgnationis jure succedunt. Ipsarum vero hereditates ad masculos propinquos adgnationis conditione perveniunt. §. 5. ibid

Regulariter constitutum est, ut inter adgnatos proximior posteriorem excludat, et inter eos non in stirpem, sed in capita ab intestato dividatur hereditas. Nam inter suos, sicut superius diximus, alia ratio est, ut proximior posteriorem non excludat, et semper hereditas in stirpem, non in capita dividatur. Nam si quis moriens dimillat germanum, et ex altero germano filios, germano filius, germanus frater, quia gradu pro

cujus hereditas erat, feminas extraneas esse non instituerat. ~~Quod~~ si autem ~~ab~~ ab intestato succedebatur, feminae hae solum ad hereditatem mittebantur, quae sui heredes et consanguineae erant.

Successio secundum jus civile et jus praetorium usque Theodosium II. valuit, qui eodem jure utramque jus esse jussit.

Non omnis quocum testamenti factio est, recte heres institutur, nam et servi recte heredes instituuntur et tamen testamenti factionem non habent, id ideo, quia olim testamentum nisi per mancipationem factum esset, non valebat. Quod licet postea mutatum esset, attamen semper distinctio haec manebat, ut nisi qui mancipare posset, testamentum facere posset. Ep. XXIV. 1. XXV. 1.

Olim nisi directis vel precativis verbis heres institui poterat (Ulp. XXI.) quod Constantinus l. 15. C. heredit. Justit. sustulit.

Jure XII. tab. triplex modus succedendi constitutus erat vocabantur enim ad hereditatem ~~[illegible]~~ intestati I. aut sui II. adgnati, III. gentiles. Definitionem sui heredis Cajus II. 8. pr. et Paulus IV. 8. §. 8. Ulpian. XXII. 14. Collat. XVI. 2. praebent. De etymologia voci varie opiniones sunt, quarum haec optima, suum idem significare quod suum et heredem. Jure civili tempus praestitutum erat 10 mensium, intra

intestato mortuus est, solus succedit, ~~Ex~~ aliis filii non succedunt. §. 6. ibid.

Sui autem heredes existimantur liberi, qui in potestate morientis fuerint, veluti filius filia vel nepos neptisve ex filio nato, pronepos proneptisve ex nepote prognatus prognatave.

Collatio Tit. XVI. §. II.

Cum filius filiave et ex altero filio nepotes neptesve existant, pariter ad hereditatem vocantur, nec qui gradu proximior est, ulteriorem excludit: aequum enim videtur, nepotes neptesve in patris sui locum portionemque succedere. ibid.

Non autem omnibus simul agnatis dat lex XII. tab. hereditatem, sed his, qui tunc, cum certum est, aliquem intestato decessisse, proximo gradu sunt. Nec in eo jure successio est. Ideoque si heres proximus omiserit, vel antequam hereditatem adierit, decesserit, sequentibus nihil juris competit. ibid.

Quod ad feminas attinet, hoc jure aliud in ipsarum hereditatibus capiendis placuit, aliud in ceterorum ab his capiendis: nam et hereditates proinde agnationis jure redeunt atque masculorum: nostrae vero hereditates ad feminas ultra consanguineorum gradum non pertinent. Itaque soror fratri, sororive legitima heres est: amita vero, et fratris filia heres esse non potest. ibid.

quo tempore si posthumus non nasceretur, ad legitimos non pertinebat l. 3. §. 11. D. de suis et legit. Tempus hoc constitutum magni momenti est praesertim si servam post 182. diem enixam prius vero manumissam spectas, quod enim ex illa nascitur liber est. Omnes autem sui sine contemplatione quis prior quis posterior sit in stirpes succedunt §. 6. J. de heredit. quae ab intest. l. 6. §. 0. D. de suis et legitimis heredib.

139

